This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Google

Jest to cyfrowa wersja książki, która przez pokolenia przechowywana byla na bibliotecznych pólkach, zanim zostala troskliwie zeskanowana przez Google w ramach projektu światowej biblioteki sieciowej.

Prawa autorskie do niej zdążyly już wygasnąć i książka stala się częścią powszechnego dziedzictwa. Książka należąca do powszechnego dziedzictwa to książka nigdy nie objęta prawami autorskimi lub do której prawa te wygasly. Zaliczenie książki do powszechnego dziedzictwa zależy od kraju. Książki należące do powszechnego dziedzictwa to nasze wrota do przeszlości. Stanowią nieoceniony dorobek historyczny i kulturowy oraz źródlo cennej wiedzy.

Uwagi, notatki i inne zapisy na marginesach, obecne w oryginalnym wolumenie, znajdują się również w tym pliku – przypominając dlugą podróż tej książki od wydawcy do biblioteki, a wreszcie do Ciebie.

Zasady użytkowania

Google szczyci się wspólpracą z bibliotekami w ramach projektu digitalizacji materialów będących powszechnym dziedzictwem oraz ich upubliczniania. Książki będące takim dziedzictwem stanowią wlasność publiczną, a my po prostu staramy się je zachować dla przyszlych pokoleń. Niemniej jednak, prace takie są kosztowne. W związku z tym, aby nadal móc dostarczać te materialy, podjęliśmy środki, takie jak np. ograniczenia techniczne zapobiegające automatyzacji zapytań po to, aby zapobiegać nadużyciom ze strony podmiotów komercyjnych.

Prosimy również o:

- Wykorzystywanie tych plików jedynie w celach niekomercyjnych
  Google Book Search to usluga przeznaczona dla osób prywatnych, prosimy o korzystanie z tych plików jedynie w niekomercyjnych celach prywatnych.
- Nieautomatyzowanie zapytań
  Prosimy o niewysylanie zautomatyzowanych zapytań jakiegokolwiek rodzaju do systemu Google. W przypadku prowadzenia badań nad tlumaczeniami maszynowymi, optycznym rozpoznawaniem znaków lub innymi dziedzinami, w których przydatny jest dostęp do dużych ilości tekstu, prosimy o kontakt z nami. Zachęcamy do korzystania z materialów będących powszechnym dziedzictwem do takich celów. Możemy być w tym pomocni.
- Zachowywanie przypisań
  Źnak wodny"Google w każdym pliku jest niezbędny do informowania o tym projekcie i ulatwiania znajdowania dodatkowych materialów za pośrednictwem Google Book Search. Prosimy go nie usuwać.
- Przestrzeganie prawa
  W każdym przypadku użytkownik ponosi odpowiedzialność za zgodność swoich działań z prawem. Nie wolno przyjmować, że skoro dana książka zostala uznana za część powszechnego dziedzictwa w Stanach Zjednoczonych, to dzielo to jest w ten sam sposób traktowane w innych krajach. Ochrona praw autorskich do danej książki zależy od przepisów poszczególnych krajów, a my nie możemy ręczyć, czy dany sposób użytkowania którejkolwiek książki jest dozwolony. Prosimy nie przyjmować, że dostępność jakiejkolwiek książki w Google Book Search oznacza, że można jej używać w dowolny sposób, w każdym miejscu świata. Kary za naruszenie praw autorskich mogą być bardzo dotkliwe.

Informacje o usłudze Google Book Search

Misją Google jest uporządkowanie światowych zasobów informacji, aby staly się powszechnie dostępne i użyteczne. Google Book Search ulatwia czytelnikom znajdowanie książek z calego świata, a autorom i wydawcom dotarcie do nowych czytelników. Caly tekst tej książki można przeszukiwać w internecie pod adresem `http://books.google.com/`

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

MATRICULARUM

REGNI POLONIAE

SUMMARIA.

Polonia, Metryka Ko

MATRICVLARVM REGNI POLONIAE

SUMMARIA,

excussis codicibus, qui
in Chartophylacio Maximo Varsoviensi
asservantur,

contexuit indicesque adiecit

Theodorus Wierzbowski.

Pars II
Iohannis Alberti regis tempora complectens
(1492—1501).

32 V I -

Impensa facta e Thesauro
in Iosephi Mianowski medicinae doctoris honorem
ad iuvanda litterarum studia constituto.

Pu. - Fo. Lucc. 45.

VARSOVIAE.
TYPIS OFFICINAE C. KOWALEWSKI,
quae est in plateae Masoviae aedibus VIII.
MCMVII.

SUMMARY

Praefatio.

Altera hac Summariorum parte argumenta continentur eorum, quae in matricularum regni Poloniae codicibus Iohanne Alberto regnante conscriptis reperiuntur. Coronatum hunc esse Cracoviae 27 Augusti anno 1492, obiisse Toruniae 17 Iunii anno 1501, non est quod moneam.

Exhibentur autem in hoc volumine summaria e quattuor codicibus excerpta, quos hodie numerorum qui sunt XV, XVI, XVII, XIX notis instructos tractamus.

Ac liber quidem XV (0,305×0,215 m.) videtur duobus tribusve codicibus vetustioribus copulatis, saeculum XVIII non ante medium esse coagmentatus, quippe quem corium vestiat nec qualitate nec colore dissimile eius, quo esse obductos libros in praefatione partis primae descriptos ibidem commemoravimus. Is igitur codex foliorum est 225. Tegumentum in fronte aversa inscriptionem habet hanc: „liber octavus, Nr. 9 (sic!), sub littera H." In folio 1-mo, quod nullius tamen numeri nota signatur, leguntur verba: „Gregorii de Lubrancz, ab anno 1492 ad annum 1495"; adiecta sunt chirographa multorum, qui saeculo XVI vel postea codicem „quęsiuerunt", hoc est inspexerunt. In foliorum numeratorum 1-mo praescriptum est: „[Regnante Sereni]ssimo principe et [domino, domino Iohanne Alberto, Dei] gracia Rege Polonie supremo duce [Lithuanie] Prussieque domino et herede etc. et vicecancella[riatu rev. in Christo] patris domini Gregorij de ludbrancz Regni Polonie v[icecancellarii] Regestrum obligacionum, libertatum et aliarum literarum [que] perpetuitatem non sapiunt feliciter incipit." Sequuntur usque ad folium 225-um (hoc non exempto) litterae litterarumque periochae ad annos 1492—1495 spectantes; folium 226-um deest; folio 127-mo inscriptum: „Incipit Regestrum Quittacionum et Recognicionum", sunt autem illae annorum 1493 et 1494; folia 133—142 desiderantur, 143-um et 144-um omni scriptura vacat. In folio 145-to annotatur: „Incipit regestrum literarum regalium perpetuo duraturarum", idque ipsum litteris annorum 1492

et 1493 perscriptum. Subnectuntur inde a folio 151-mo apographa litterarum compositarum „In convencione Pyothrkoviensi Generali, quae fuit celebrata pro festo sancte Prisce anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio", quibus usque ad folium 210-um (hoc non excepto) continuantur instrumenta annorum proxime sequentium (1494—1495), nisi quod insertum est (fol. 180) diploma anni 1470, cuius mentio est facta in horum Summariorum parte I, Nr. 650. Numeri, qui est 210-us, nota duo deinceps folia signat. Quorum alterum quaeque illud sequuntur folia usque ad 223-um partem olim alius cuiusdam codicis matricularis explebant, regnante iam rege Alexandro, atque anno quidem 1505 exarati, quo tempore Mathias de Drzewica regni vicecancellarius erat. Inter folia 211-um et 212-um lacuna statuenda: interciderunt aliquot folia, in quibus litterae mense Iunio eius anni conscriptae relatae erant. Ultimum folium numeri 224-ti notam prae se fert: distractum est a codice quodam, quod ad Casimiri IV regis tempora pertinebat, praebet enim litterarum exempla annorum 1482 et 1492 (vide: Summariorum partem I-am NrNr. 1574 et 2192. Hoc igitur codice XV excusso, lucrati sumus ad 390 actorum summaria.

Liber XVI millimetrorum est 308 in altitudinem, 207 vero in latitudinem. Primus inter hos codices matriculares dignus est ille, qui integer ac non corruptus dicatur. Quid quod tegumentum pristinum servavit, ligneas scilicet tabulas membrana lutei coloris velatas et offendicibus ex aurichalco factis munitas (quamquam catenationis istius vestigia tantum supersunt). Tegumentum ipsum variarum olim formarum liniamentis (ex parte deauratis) ornatum media gerit insignia gentilicia illa, quae Polonice „Nowina" dicuntur: his enim Vincentius de Przeramb, regni vicecancellarius, utebatur. Triplicem autem in hoc codice foliorum numerandorum deprehendimus rationem: principalem, quam qui secutus est numeris Romanis CXLIV folia notavit, 1-mo neglecto; secundariam, quam qui adhibuit numeros Arabicos foliis 173 imposuit, 1-mo item non computato; novissimam, quam qui iniit paginas singulas numeris et ipse Arabicis signavit summamque paginarum 348 recte subduxit. Hanc tertiam computationem nos quoque admisimus. Pagina 1-ma titulum habet minusculis grandioribus scriptum. Conceptus est in haec verba: „Regestrum officij Vice|cancellariatus Venerabilis | domini Vincencij de Przeramb | Regni Polonie Vicecancellarij | quod incepit Sandomirie feria | secunda proxima post dominicam | Letare Anno domini 1497." Infra leguntur verba sollemnia, quibus Vincentius de Przeramb Regi fidem obstrinxit obiturum se rite esse munus vicecancellarii. Pagina 2-da vacua, inde a 3-tia vero usque ad 289-am subiunguntur litterae litterarumque summaria, quae ad annos 1497, 1498, 1499 pertinent. In media pagina 289-na post litterarum contextum habes vicecancellarii manu scripta haec verba: „Vincentius, episcopus Plocensis, Regni Polonie vicecancellarius", quibus et litterarum fides et codicis auctoritas quasi quodam publico testimonio comprobatur. Paginae inde a 290-ma ad 342-am vacant, paginis autem 343-a et 344-a litterae universales regiae anni 1498 de exactione vasorum (vide infra Nr. 1138) alia manu descriptae leguntur Praebuit codex XVI epitomas circiter 700.

Liber XVII in officio cancellarii confectus continet acta actorumque commentarios e relatione Creslai de Kurozwanki expeditorum. Millimetrorum est 289×212. In tegumenti parte interiore adnotatum: „Liber tertius sub litteris HH. ab anno 1492 usque ad annum 1502." Titulus praescriptus est nullus. Tribus tamen codicis locis definiuntur

tempora. Leguntur enim foliis 100, 144, 148 inscriptiones: a) „Anno domini 149 sexto Sandomirie Serenissimo principe et domino domino Iohannealberto dei gracia Rege polonie, supremo duce Lythwanie, Russie, prussieque domino et herede agente feliciter", b) „Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Septimo Premislie," c) „Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Octauo Conuencio Piotrkowye pro festo Sancte prisce celebrata fuit et diebus infrascriptis". Litteris Iohannis Alberti regis annorum ordine servato perscripta sunt libri folia 1—222; sequuntur a folio 224v ad folium 236r apographa litterarum a cardinale Friderico Iagellonide senatuque regni, cum Iohannis Alberti morte res ad interregnum rediisset, scriptarum; in foliis 236v et 237 rursus habes exempla litterarum Iohannis Alberti regis: sunt illae binae, utraeque anno 1501 assignandae (vide infra NrNr. 1424, 1427); a folio demum 238-vo usque ad codicis finem, sive ad folium 366-um, exemplantur litterae ab Alexandro rege annis 1501 et 1502 profectae. Quae pars codicis extrema olim fuit, nunc ea desideratur; adiectum vero folium est e libro vicecancellarii Pauli de Wola assumptum: spectat ad annum 1538. Scriptus est codex minus diligenter. Vacant non raro pagellae dimidiatae, adeoque hic illic folia singularia, ad litteras aliquas inscribendas reservata. Notandum praeterea, folium 2-um desiderari, foliaque 3—12 (in quibus privilegia inscripta sunt, Armenis Leopoli consistensibus a regibus Poloniae concessa), saeculo XIX ineunte, nescio quo non minus imperite quam curiose scripturam rimante, ferro sulphurato imbuta esse, ideoque nisi magno cum labore (ut lynceis, quod dicitur, oculis opus sit) litterularum ductus dispici non posse. E quibus foliis unum (dico 9-um) membraneum est. Subministravit liber XVII huic editioni circiter 450 summaria.

Liber denique XIX Mathiae fuit de Drzewica, qui trium deinceps regum aetate functus est vicecancellarii munere. In codicis tergo affixa est scida saeculo XVIII scripta: dicitur in ea hic esse „Liber Quartus sub litteris OO. annorum 1501—1505." Proprie vereque pertinent ad hunc codicem praeter folium 1-um ea quea sunt ab 8-vo ad 200-um, quod est ultimum; folia vero 2-um, 3-um, tum unum vacuum, postremo 7-um (duo enim desunt) errore quodam eo quo diximus ordine collocata sunt: ceterum appendicis vicem in fine codicis obtinuisse olim videntur, continent enim varias notas et litteras, annis 1501—1505 ascribendas atque exempla litterarum saeculorum XIV et XV, quae tamen saeculi XV litterae Iohannis Alberti regis aetate antiquiores sunt. Apographa litterarum, quae illo rege regnante, idque anno 1501 Mathia de Drzewica referente, compositae sunt, desinunt in folio 52-do. Folium 53-um vacuum est, folium 54-um exhibet litteras Alexandri regis: at 55-um demum servavit inscriptionem: „Regestrum officij Vice|cancellariatus Venera|bilis domini Mathie de | Drzewicza prepositi Scar|bimiriensis feliciter incipit | anno domini Millesimo | Quingentesimo Secundo | Rege Alexandro Regnante". Quae sequuntur instrumenta annorum sunt 1501—1505. Postrema parte sua codex caret. Millimetrorum est ille 312 in altitudinem et 210 in latitudinem; satis vili tegumento, scilicet fulvi coloris corio, quali ceteri, munitus est. Ad tempora Iohannis Alberti regis illustranda suppeditavit nobis litterarum exempla circiter 150.

In hac „Summariorum" parte edenda eandem quam in 1-ma secuti sumus rationem, eademque adhibuimus scripturae compendia, quae in illius praefatione explanavimus. Regnante autem Iohanne Alberto quattuor fuerunt viri, quorum e relatione litte-

rae regiae conscribebantur: Gregorius de Lubrancz, Vincentius de Przeramb, Mathias de Drzewica vicecancellarii regni, et Creslaus de Kurozwanki, regni cancellarius: sicubi vero in codice annotatum erat, quis scribendo adfuisset, nos quoque referentis notam non omisimus; adpositas igitur suas cuique summario invenies maiusculas, modo GL., modo VP., nunc MD., nunc CK.

Th. W.

Varsoviae, nonis Martiis 1907.

1492.

1. *Cracoviae, in conventione generali coronationis, dominica post translationis Stanislai (30 sep.).* Iohannes Albertus rex omnia iura a praedecessoribus suis civitati Leopoliensi concessa confirmat et ratificat. XVII, 1.

2. —— *f. 2 post translationis Stanislai (1 oct.).* Rex omnes litteras originales et confirmatorias praedecessorum suorum regum Poloniae super iura Armenorum Leopoliensium confirmat. XVII, 4.

3. —— „ —— Item donatio super 5 bancos salis et 5 mensuras ac 16 grossos census annui Vielicziensis data in folio 13 huius sub signo continetur. n. XVII, 5.

4. —— „ —— Rex 5 bancos salis et 5 mensuras salis ac etiam 16 grossos census annui, pro area, quam Iohannes de Borzymowicze, canonicus Cracoviensis et zupparum factor, zuppis in Wyeliczka annexuit, proconsuli et consulibus Vieliczensibus solvere mandat. CK. XVII, 18.

5. —— *f. 2 post Francisci (8 oct.).* Rex nob. Othe Szeczlopendorff salvum conductum super 12 equos et totidem homines ad unum quartuale admittit. XVII, 2.

6. —— *f. 3 ante Hedvigis (9 oct.).* Rex occasione litis inter Nicolaum Radwan cum pueris Iohannis Radwan et Iohannem Comorowski de Comorow ratione possessionis villae Raczichowy, districtus Osswyanczimiensis, pro parte eiusdem Comorowski sententiam fert. GL. XV, 145.

7. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum de Zarnowyecz sortem bonorum maternalium in Byezdzyedza et Lublicza, districtus Novae Civitatis Corczin, et sortem bonorum post mortem patris Stanislai ad se devolutorum in villis Turoschowka et Polanka, eiusdem districtus, cum medietate oppidi Zarnowyecz, districtus Byeczensis, Georgio de Zarnowyecz, fratri suo germano, pro certa pecuniarum summa vendidisse. GL. XV, 145.

8. —— „ —— Rex testificatur Iohannem Felicem Reszowszky, praepositum Praemisliensem et canonicum Crakoviensem, de Przibischowca et Ogrodzienyecz haeredem, bona sua haereditaria castrum et oppidum Ogrodzienyecz cum villis Clucze, Rodaky, Nyegowanycze, Wissoka, Wyeszolka, Rokythno, Kyelkowycze, Parcoszowycze, Rudnyky, Zagorzany, Gora, Nadolicze, Wlodouicze cum advocatia et minera seu ruda dicta Czyszowszka, in districtu Leloviensi sitis, pro villa Zawierczie et additamento 8000 fl. cum Iohanne de Pilcza, palatino terrarum Russiae generali, commutasse. GL. XV, 146.

9. —— *f. 3 post Francisci (9 oct.).* Rex mag. Nicolao de Ostrow, castellano Byecensi et capitaneo Lublinensi, qui pro olim Casimiro rege summam certam Iohanni Lach de Ruyevycze persolverat, medietatem villarum Crumpucz et Raczyborowycze in districtu Lublinensi de manibus Catharinae Gloth, praedicti Iohannis Lach consortis, eximere admittit. R. XVII, 5.

10. —— *f. 5 ante Hedvigis (11 oct.)* Rex possessores 17 domorum, Novellae in Scepussio nuper combustorum, a solutione omnium censuum ad 2 annorum spatium absolvit. XVII, 6.

11. —— „ —— Rex incolas villae regalis Ruskwyny in Scepussio, in frugibus ratione grandinis magna damna passos, a solutione censuum absolvit. XVII, 6.

12. *Cracoviae, f. 5 ante Hedvigis (11 oct.).* Rex incolas oppidi Byala in Scepusio, calamitate ignis anno proxime praeterito magna damna passos, a solutione omnium censuum ad tres annos absolvit. XVII, 7.

13. —— „ —— Rex nob. Nicolao Naramowsky, curiensi suo, privilegium super vineam ante muros Posnanienses sub monte retro ecclesiam s. Adalberti post quosdam Wolffram et Margaretham coniuges ad se devolutam donat. CK. XVII, 7.

14. —— *f. 6 ante Hedvigis (12 oct.).* Rex oppidanis de Lubowla privilegia et exemptiones a regibus Poloniae Ludovico, Vladislao II et Vladislao III concessas confirmat. GL. XV, 146.

15. —— *sabbato ante Hedvigis (13 oct.).* Rex Beatae de Thanczyn, relictae Iohannis Odrowansch, villas Hrossowa, terrae Praemisliensis, de manibus nob. Alexandri, Vyssoczkie et Podlvsz, districtus Samboriensis, de manibus nobb. Syenko et Procz eximere permittit. r. XV, 1.

16. —— „ —— Rex testificatur Iohannem Woynowski et uxorem eius Barbaram, filiam Iohannis Janyowski de Janyowicze, rotmagistri et servitoris regii, ac Nicolaum Janyowski de Janyowicze, per medium arbitrorum Iohannis Amor de Tharnow, castellani Cracoviensis, et Dobeslai de Curozwanki, palatini Lublinensis, ratione bonorum haereditariorum Janyowicze, penes Sczebrzeschyn sitorum, et regalium Ostrowsko et Dambno, in districtu Sandecensi iacentium, certam concordiam iniisse. GL. XV, 147.

17. —— *dominica ante Hedvigis (14 oct.).* Mtas Regia prov. Nicolao alias Myklasch de Przespolow met secundo, in duobus videlicet equis et totidem humanis personis, Cracoviam ad Suam Mtem personaliter veniendum ac coram Mte Sua et in civitate ipsa Sua Mte ius, negotia disponente etc. salvum conductum dedit hinc ad 4 hebdomadarum decursum duraturum et in forma solita. n. XVII, 8.

18. —— *f. 2 Hedvigis (15 oct.).* Rex oppidanis in Szrem pontale a patre suo donatum eximere permittit. GL. XV, 1.

19. —— „ —— Rex civibus de Szrem liberatem ab omnibus exactionibus, censibus et quibusvis solutionibus regalibus, excepta exactione pro coronatione regia, dat. GL. r. XV, 1.

20. —— „ —— Rex Iohanni Amor de Tharnow, castellano Cracoviensi, villam Trzesnyow, districtus Sanocensis, de manibus Stanislai Dersnyak eximere permittit. r. XV, 1.

21. —— „ —— Rex Iohanni Amor de Tharnow medietatem villae Vroblik districtus Sanoczensis de manibus Nicolai de Zarschyn eximere permittit. r. XV, 1.

22. —— „ —— Rex Raphaëli de Jaroslaw, castellano et capitaneo Sandomiriensi, marsalco regni, septem talagas, quatuor bobus vehi solitas, de zuppis Drohobicensibus, ad beneplacitum suum, donat. r. XV, 1.

23. —— *f. 3 Galli (16 oct.).* Rex civibus de Sczebrzeschyn per easdem vias in terras Maioris Poloniae transire permittit, per quas alii incolae terrae Chelmensis et oppidi Crasnostaw vadunt et proficiscantur. GL. XV, 1.

24. —— *f. 3 in crastino Hedvigis (16 oct.).* Rex Iohanni Rzeschowsky, praeposito Praemisliensi, civitatem Crasnistaw de manibus Iohannis de Pilcza, palatini Russiae, eximere permittit. r. XV, 1.

25. —— *f. 4 post Hedvigis (17 oct.).* Rex Stanislao de Pilcza libertatem ab expeditione bellica, ad beneplacitum suum, concedit. XV, 2.

26. —— *f. 6 ante 11000 virginum (19 oct.).* Rex Iohanni Bwdzischowsky officium carbariatus Wieliciensis de manibus Sophiae et Catharinae olim Iohannis de Schvdol, filii olim Aegidii Schvdolsky, burgrabii Cracoviensis, eximere permittit et 400 fl. hung. ab eo mutuatos in praedicto carbariatu ei inscribit; de quo ad Iohannem Borzimowsky zupparium mandatum dat. XV, 2.

27. —— *sabbato ante 11000 virginum (20 oct.).* Rex Sbigneo de Thanczin, succamerario Cracoviensi et capitaneo Mariemborensi, advocatiam in Vrzandow de manibus fam. Nicolai Gambala eximere permittit. GL. XV, 2.

28. —— „ —— Rex testificatur Iohannem Felicem, praepositum Praemisliensem, Andream et Stanislaum Rzeszowszky, fratres germanos de Przybiszowka, Iohanni de Pilcza, palatino Russiae, sub vadio 2000 fl. hung. fideiussisse pro Iohanne fratre suo germano de eadem Przybiszowka, quia coram actis Leloviensibus terrestribus parere et approbare debeat commutationem bonorum oppidi Ogrodzynyecz, villarum Clucze, Rodaky, Nyegowanycze, Wiszoka, Wyeszyolka, Rokythno, Kyelkowycze, Parkoszowycze, Rudniky, Zagorzany, Gora, Nadolicze, Wlodowycze, advocatiae ibidem, minerae seu ruda dictae Czyschowszka et telonei dictorum bonorum. per praefatum ven. Iohannem Felicem Rzeschowsky dicto palatino pro bonis Szawyerczye et 8000 fl. resignatorum. XV, 2.

29. —— „ —— Iohannes Albertus rex, uti debitor principalis, et fideiussores regii, consules et communitates oppidorum Oswiecim et Kety debitum 680 fl hung. Malcher de Dubowecz, filiisque eius Iohanni, Malchero et Balthasaro pro die Iacobi (25 iul.) anno 1493 solvere promittunt. GL. b. XV, 5.



30. *Cracoviae, f. 3 ante Simonis et Iudae (23 oct.).* Rex cum consensu reginae Elisabeth, matris suae, quae dotem in terra Radomiensi inscriptam habet, Hieronimo Dvnyn de Vyasd villam Vylczkovicze, districtus Radomiensis, in 154 fl. hung. obligare permittit. r. XV, 3.

31. —— *f. 5 ante Simonis et Iudae (25 oct.).* Rex Nicolao Visga, succamerario Belzensi, villam Modre districtus Chelmensis de manibus Catharinae Modrzinska eximere permittit. r. XV, 3.

32. —— *sabbato in vigilia Simonis et Iudae (27 oct.).* Rex Sbigneo de Thanczin, succamerario Cracoviensi et capitaneo Mariemborgensi, villam Dalvin districtus Derschoviensis de manibus Ursulae, relictae gen. Haberth Ryman, vexilliferi Mariemborgensis, pro ulititate castri Mariemborg, eximere permittit. XV, 3.

33. —— *f. 6 post OO. SS. (2 nov.).* Rex Derslao rotmagistro cum comitiva 200 equitum in servitium suscepto et in Podoliam missuro litteras indemnitatis dat. NB. Similes litterae datae Janusch Swirczowsky in 212 equis, Hynek in 170 equis, Petro Lanczky in 170 equis, Jankowsky in 170 equis, Iohanni Jvkowsky in 100 equis. R. XV, 3.

34. —— *f. 3 ante Martini (6 nov.).* Rex gen. Janussio Veresch ungaro 520 fl. hung. debiti pro servitiis reddere verbo regio promittit. XV, 4.

35. —— *f. 4 ante Martini (7 nov.).* Rex cum gen. Arnolpho Thedaldi de Florentiis, zupparum Drohobiciensium arendatore et teloneatore Grodecensi, rationem et computum facit. CK. XVII, 8.

36. —— „ —— Rex gen. Arnolpho Thedaldi de Florentiis, zupparum Drohobiciensium arendatori et teloneatori Grodecensi, arrendam praefatam a dominica Laetare (17 mar.) anni 1493 ad octo annos pro summa 1500 marcarum polonicalium prolongat. CK. XVII, 9.

37. —— *f 5 ante Martini (8 nov.).* Rex nob Arnolpho Thedaldi de Florentiis, Drohobiciensi zuppario et teloneatori Leopoliensi, arrendam telonei praefati ad tres annos pro 700 fl. hung. annuatim solvendis prolongat, et in eodem teloneo summam 454 marc. et 34 gros., quam ei remanserat obligatus, inscribit. CK. XVII, 11.

38. —— „ —— Rex nob. Arnolphum Thedaldi de Florentiis, zupparium Drohobiciensem et teloneatorem Leopoliensem, cui, facta ratione et calculo de arrenda telonei illius, 454 marc. et 34 gros. remanserat obligatus, eandem summam illi in teloneo dicto inscribit. CK. XVII, 12.

39. —— *f 5 in octava OO. SS. (8 nov.).* Rex nob. Annae Swyrczynska villam Conari, in districtu Brzestensi sitam, 100 marc. pol., quas eidem debet nob. Nicolaus Janczewsky, patruus eius, et alia omnia debita, quae ipsi Annae terrigenae nonnulli in eodem districtu debent, pro quarta sorte villae Bosskowo in districtu Costensi cum nob. Jacobo Rossnowsky permutare permittit. XVII, 14.

40. —— „ —— Rex Nicolao de Sanczygnyew, burgrabio castri Cracoviensis, certum censum annuum in villa sua hacreditaria Opathkovycze, in terra Cracoviensi sita, sanctimonialibus coenobii s. Agnetis de ordine Minori in civitate Cracoviensi, titulo reemptionis, pro summa 500 fl. hung. vendere consentit. XVII, 15.

41. —— „ —— Rex cives Cracovienses more et exemplo praedecessorum suorum ab omnibus exactionibus absolvit et in futurum nullam exactionem sine unanimi voto consiliariorum in conventione generali in eos imponere pollicetur. CK. XVII, 18.

42. —— *f. 6 ante Martini (9 nov.).* Rex incolas oppidi Pywnyczna Schya, qui per quosdam fures et latrones igne vastati et magna damna passi sunt, a solutione omnium exactionum (ea exactione, si quae pro exemptione bonorum regalium laudata fuerit, excepta) ad 8 annos liberat. XVII, 13.

43. —— *f. 2 in craslino Martini (12 nov).* Rex censum perpetuum 12 et 15 marc. e macellis Kazimiriensibus provenientem vicariis perpetuis canonicalibus ecclesiae cathedralis Cracoviensis pro 180 marc. et 430 fl. hung. iure reemptionis vendit et intuitu dicti census vicarios praefatos ab omni solutione et contributione tam pobory, quam schossy ac cuiuslibet expeditionis generalis et particularis, et pomoczne libertat, iurisdictionique ecclesiasticae incorporat. GL. XV, 5.

44. —— „ —— Rex mandatum ad Martinum de Borzimow, magnum procuratorem Cracoviensem, et ad consules Kazimirienses de vendito censu e macellis Kazimiriensibus dat. XV, 6.

45. —— „ —— Rex ad petitiones Mathiae de Bnyn, palatini Posnaniensis, haereditariam advocatiam ipsius in bonis regalibus Usczye ratione commutationis resignare permittit. CK. XVII, 12.

46. —— „ —— Rex ad petitiones Mathiae de Bnyn, palatini Posnaniensis, universas pecuniarum summas in bonis regalibus Usczye cum villis adiacentibus eidem Mathiae inscriptas Martino Sczyborii de Ponyecz resignare consentit. XVII, 12



47. *Cracoviae, f. 2 post Martini (12 nov.).* Rex ad instantiam Petri episcopi Wladislaviensis et Mathiae de Bnyn palatini Posnaniensis, Martino Stiborio de Ponyecz 1500 marc. ratione dotis et alias 1500 ratione dotalicii Barbarae de Opalenicza, consorti eius legitimae, super bonis regalibus oppido Usczye cum villis adiacentibus inscribere admittit. XVII, 13.

48. —— *f. 4 infra octavam Martini (14 nov.).* Rex subditos villarum regalium Sankowa, Syari, in districtu Byecensi, nuper per quosdam inimicos homines cum domibus bonisque et rebus ipsorum universis incineratos, ab omnibus exactionibus ad 3 annos absolvit. XVII, 14.

49. —— *sabbato ante Elisabeth (17 nov.).* Rex consulibus et civibus Kazimiriensibus 500 fl. hung. in villa Plaschow, quam iam a rege Casimiro IV in certa summa obligatam tenebant, inscribit. XV, 4.

50. —— *f. 2 ante Praesentationis V. M. (19 nov.).* Rex testificatur, quia nobilis Iohannes Iwasko de Dzdzane sortem suam haereditariam in villa Dzdzane, in terra et districtu Chelmensi sitam, Janussio de Swyrczow, curiensi regio, in 300 fl. hung., per se apud eundem Janussium in mutuum receptis, obligaverit. CK. XVII, 15.

51. —— *f. 6 ante Catharinae (23 nov.).* Rex Petro de Opalenycza, iudici Posnaniensi, villam regiam Wylkowo, in ducatu Glogoviensi sitam, de manibus nob. Georgii Hunwerth eximere permittit r. XV, 4.

52. —— *sabbatho ante Catharinae (24 nov.).* Rex sartoribus Cracoviensibus vestes cuiuslibet generis pelliceis pellibus subducere admittit. CK. XVII, 16.

53. —— *f. 5 vigilia Andreae (29 nov.).* Rex testificatur Nicolaum Zloczski 300 marc. dotis et dotalitii Hedvigi, filiae olim Mathiae Lanczki et consorti suae, in medietate bonorum Dambye, Przybyradow et Zalyessye, districtus Chanczynensis, inscripsisse. GL. XV, 148.

54. —— *mense Novembri.* Rex prov. Dzervium, mercatorem armenum Leopoliensem, a Tartaris depaupertatum in suam protectionem a praetensionibus creditorum suscipit, moramque ei unius anni ad solvenda debita varia illius admittit. XVII, 15.

55. —— *f. 4 in vigilia Nicolai (5 dec.).* Rex Georgio Hubati stipendiario villam Rayszkow terrae Calischiensis de manibus consulum et communitatis civitatis Calischiensis eximere permittit. XV, 7.

56. —— „ —— Rex Petro Myskowsky, castellano Vyelunensi, villam Osszyek districtus Vyelunensis de manibus Vyerussii de Voknowy, iudicis Vyelunensis, eximere permittit. XV, 7.

57. —— „ —— Rex Petro Myskowsky 300 marc. in Osszyek villa tenutae eius inscribit. XV, 7.

58. —— *f. 3 ante Luciae (11 dec.).* Rex testificatur fam. Iohannem Laymyther, civem Cracoviensem, recognovisse, quia nob. Georgio Hubathi, rotmagistro regio, villam Boruczyno, districtus Calissiensis, ac domum seu aream Calissiae penes monasterium s. Francisci iacentem in eadem pecuniarum summa, in qua villam et curiam a Laurentio Cossmider obligatam habuisset, resignaverit. XV, 8.

59. —— *f. 5 Luciae (13 dec.).* Rex Petro Kmytha, capitaneo Scepusiensi, 150 fl. de proventibus suis capitaneatus dicti singulis annis ad beneplacitum suum donat. r. XV, 8.

60. —— „ —— Rex Petro Kmyta de Vysnycza, capitaneo Scepusiensi, 400 fl. hung. debiti ex proventibus capitaneatus recipere permittit. XV, 8.

61. —— „ —— Rex eidem Petro Kmytha stationem annuam in Lypnycza singulis annis ad beneplacitum suum donat. r. XV, 8.

62. —— *dominica post Luciae (16 dec.).* Rex Stanislao de Chodecz, exercituum terrestrium terrarum Russiae capitaneum, litteras indemnitatis super 30 equis dat. XV, 8.

63 —— *dominica ante Thomae (16 dec.).* Rex Nicolao de Cuthno, palatino Lanciciensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, ratione controversiae inter Dobrochnam, relictam Iohannis Zaramba, palatini Calissiensis, et Iohannem filium eius, occasione reformationis dotis et dotalitii, vadium 1000 marc. interponit. NB. Similes litterae datae: ad capitaneum Cracoviensem ratione bonorum Zoraw terrae Cracoviensis; item ad capitaneum Siradiensem occasione bonorum Mlinowa; item ad palatinum Lublinensem et tenutarium Wyelunensem occasione bonorum in Wyelun; item ad capitaneum Ostrzeschoviensem quantum ad bona Grabow in districtu Radomscensi iacentia. XV, 8.

64. *Nyepolomycze, f. 5 vigilia Thomae (20 dec.).* Rex testificatur Martinum Jaczimirski cum uxore Margaretha villam Lypnyk districtus Cracoviensis Petro Kmytha de Wyssznyce, capitaneo Scepusiensi, pro 300 marcis vendidisse. GL. XV, 148.

65. *Cracoviae, f. 5 vigilia Thomae (20 dec.).* Rex testificatur, quia Clemens Brandis de Grabischicze, capitaneus Chancinensis, villam suam haereditariam Brzezinky, in terra et districtu Oszwyanczymiensi sitam, cum privilegiis antiquis pro 400 fl. iure reemptionis Petro Czechowsky de Schimborgk vendiderit. XVII, 16.

66. *Cracoviae, f. 6 Thomae apostoli (21 dec.).* Rex Nicolao Gardzina de Ludbrancz castellanatum Spiczimiriensem post mortem Nicolai Bronowski vacantem confert. XV, 13.

67. ..... Nowe Myastho Corczin die dominico... (30 dec.). Sroda feria 4 in crastino Circumcisionis (2 ian. 1493). Schadek f. 4 in crastino Circumcisionis, Lancicia f. 6 post Circumcisionis (4 ian. 1493). Wyelun f. 2 die beati Silvestri (31 dec. 1492). Brzesczie f. 4 in crastino Circumcisionis. Juniwladislavia sabbato in die beati Thomae (29 dec. 1492). Dobrzin f. 2 in die Silvestri. Sochaczow f. 5 post Circumcisionis (3 ian 1493). Rawa f. 2. in die Silvestri, Gambin sabbato in vigilia Epiphaniae (5 ian. 1493). Proschowicze f. 6 post Epiphaniarum (11 ian. 1493). Oppathow f. 4 post Epiphaniarum (9 ian. 1493). Vrzandow f 2 in crastino Epiphaniarum (7 ian. 1493). Chelm f. 4 post Epiphaniarum. Visnya f. 2 in die beati Silvestri. Belz f. 2 in crastino Epiphaniae.

Cristinus de Bowanthow in Lanciciam, Bresczye, Juniwladislaviam et Dobrzyn. Mathias plebanus Rawensis in Rawa, Sochaczow et Gambyn. Laeskowski in Chelm, Belz et Vyssnya. Albertus Gorski in Sroda. Mathias de Gosd in Colo. Iohannes Chrzansthowski in Opathow et Vrzandow. Costhka notarius in Schadek et Wyelun. n. XV, 4

68. ..... Rex quosdam oratores, actores et factores negotiorum ad Vladislaum Hungariae regem deputat. CK. XVII, 8.

69. ..... Nomina dignitariorum terrarum: Cracoviensis, Sandomiriensis, Lublinensis, Chelmensis, Sochaczoviensis, Ravensis, ac viduarum. XV, 143, 144.

1493.

70. *Cracovia, die Circumcisionis Dni (1 ian.).* Rex Zavissio de Borzischevicze, succamerario Chelmensi, vexilliferatum cubiculariorum regiorum, post promotionem Gardzinae de Lyndbrantcz ad castellanatum Spicimiriensem vacantem, donat. R. XV, 10.

71. —— „ —— Rex Iohanni de Sprowa, capitaneo Opocznensi, villam Domassno, districtus Opocznensis, eximere permittit. r. XV, 10.

72. —— *f. 5 post Circumcisionis Dni (3 ian.).* Rex Iohanni Cosmider, curiensi suo, mediatatem villae Byala districtus Wyelunensis, de manibus Iohannis Dambrowski eximere permittit. XV, 9.

73. —— *f. 6 ante Epiphaniarum (4 ian.).* Data est quittatio curiensibus regiis super 100 bancos salis. Data est cubiculariis regiis quittatio super 40 bancos salis. Item curiensibus et cubiculariis serenissimae dominae reginae Poloniae 20 banci salis dati sunt. n. XV, 127

74. —— *sabbato in vigilia Epiphaniarum (5 ian.).* Rex testificatur Sigismundum Stosch, curiensem regium, burgrabiatum Cracoviensem, quem obtineret pro 450 fl. hung., Iacobo Boturzinsky vendidisse (deletum). GL. XV, 9.

75. —— *f. 2 infra octavas Epiphaniarum (7 ian.).* Rex oppida et villas inter dua depositoria salis: Cracoviense et Visliciense, distribuit. CK. XVII, 17.

76. —— *f. 3 post Epiphaniarum (8 ian.).* Rex Iohanni de Sprowa, capitaneo Opocznensi, villam Domassno in 100 marc. Iacobo Drzewiczski obligare permittit. XV, 10.

77. —— *f. 4 infra octavas Epiphaniarum (9 ian.).* Rex Sigismundo Stosch, curiensi suo et burgrabio castri Cracoviensis, burgrabiatum illum Iacobo de Bothurzyny, curiensi suo, resignare admittit. XVII, 16.

78. —— „ —— Rex Andreae Mylowansky terrigenae pro meritis subpincernatum terrae Haliciensis per assecutionem gladiferatus eiusdem terrae Francisci Kuropathwa vacantem donat. XVII, 16.

79. —— *f. 5 infra octavas Epiphaniae (10 ian.).* Rex 64 marc. de censu annuo 200 marc., a carnificibus Cracoviensibus dari solito pro 2000 fl. hung. pauperibus hospitalis S. Spiritus iure reemptionis vendit. XV, 11.

80. —— „ —— Rex 12 marc. de annuo censu 27 marc. de macellis pistorum solvi solito pro 360 fl. hung. consulibus Cracoviensibus, tanquam patronis altaris ss. Benedicti abbatis, Viti et Modesti, Fabiani et Sebastiani, Sophiae et Cordulae, in ecclesia B V. Mariae in circulo Cracoviensi, cum consensu Iohannis de Oswyaczym doctoris, plebani ad s. Nicolaum extra muros Cracovienses, eiusdem altari altaristae, iure reemptionis vendit. XV, 11.

81. —— „ —— Rex consulibus et communitati civitatis Cracoviensis, ad extenuationem debiti 5675 fl. hung. per 30 fl. septimanatim ex cisticula zuppae Vyeliciensis recipiendos assignat, deque hoc Iohanni Borzimowski, canonico et zuppario Cracoviensi, mandatum dat. XV, 11.

82. —— „ —— Rex, uti debitor principalis, et nob. Stanislaus Vyesczsky terrigena, uti fideiussor, summam 770 fl. hung. apud Iohannem Budzyschowsky terrigenam in mutuum receptam pro festo Nativitatis Christi proxime venturo reddere promittunt. XVII, 17.

83. *Cracovia, f. 5 infra octavas Epiphaniae (10 ian.).* Rex fideiussorem suum Stanislaum Vyesczsky terrigenam in obligatione vel debito apud Iohannem Budzyschowsky contracto eliberare promittit. XVII, 17.

84. —— „ —— Rex iudaeo Schachnyowycz Schan de Rubyeschow teloneum Rubyeschoviense post fratrem ipsius Josskonem a festo s. Stanislai in Maio proxime venturo ad trium annorum decursum in arrendam mittit. CK. XVII, 17.

85. *Nova Civitas Corczyn, in conventione, f. 3 ante Priscae (15 ian.).* Rex testificatur, quia nobilis Iohannes Minor, advocatus Pylsnensis, nobili Hedvigi consorti suae 600 marc. ratione dotis et dotalitii super medietate advocatiae haereditariae paternae et emptae in civitate Pylsno in terra Sandomiriensi inscripserit. CK. XVII, 31.

86. *Cracovia, f. 6 Priscae (18 ian.).* Rex testificatur Iohannem Pyenyazek de Cruslova bona regalia tenutae suae Jaslo cum villis et sorte advocatiae Petro Chlewiczky et Nicolao Woynarowsky a festo Nativitatis Christi proxime praeterito ad decursum 4 annorum certis sub conditionibus in tutoriam commisisse. XV, 12.

87. —— „ —— Rex Iohanni Wyelopolszki bona regalia tenutae eius oppidum Dambowyecz cum suburbio et villis Lazy, Zarzecze, Wola et Masczowa, praedecessoribus eius inscriptas pro bonis haereditariis cum quorunque subdito regni commutare permittit. XV, 12.

88. —— „ —— Rex cuidam Russek altaristae censum 13 marc. super macellis pistorum Cracoviensium pro 400 fl. hung. vendit. r. XV, 12.

89. —— „ —— Rex permittit Hieronimo Cobylenski, tenutario bonorum regiorum Sanoczek, Lubathowa et Rogy, terrae Sanocensis, fideiussori suo, obligare haec bona Andreae Strasch de Byalaczow, qui sibi summam 1000 fl. hung. in mutuum dedit. XV, 12.

90. —— „ —— Rex magistro Iohanni de Bochin, notario suo, et Iohanni Ottha, civi de Nova Sandecz, facultatem metallorum, thesaurorumque quaerendi dat iis sub conditionibus, quae in regnis Hungariae et Bohemiae tali casu observantur. GL. XV, 150.

91. —— „ —— Rex significat, quia Iacobus Schidlowyeczsky, burgrabius castri Cracoviensis, 300 marc. ratione dotis et 300 ratione dotalitii gen. Sophiae consorti suae super bonis suis haereditariis Grocholicze et Goszdzyelin, districtus Sandomiriensis, inscripsit. CK. XVII, 13.

92. —— *f. 2 Agnetis (21 ian.).* Rex Michaeli Czvrilo de Wygnanowo, venatori Cracoviensi, domum in Nyepolomycze, post mortem Iohannis Buri, venatoris regii, vacantem, ad vitam donat. XV, 13.

93. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum Naramowski, curiensem regium, vineam sibi a rege donatam, Posnaniae extra muros sub monte, retro ecclesiam s. Adalberti sitam, praedio molendinatorum Bogdanka vicinam, Iohanni Carnyowski, civi Cracoviensi, pro certa summa pecuniarum vendidisse. GL. XV, 149.

94. —— *f. 3 post conversionis Pauli (28 ian.).* Data est reformatio dotis et dotalitii in forma solita cancellariae nob. Margarethae, consorti nob. Iohannis Sborowsky, et eidem Margarethae inscripti sunt 200 fl. hung. pro dote et alii 200 fl. pro dotalitio puri auri et iusti ponderis per praefatum Sborowsky, maritum suum legitimum, in et super tota sorte sua haereditaria, quam habet in villa Zablocze, in terra et districtu Cracoviensi sita, et in toto praedio ac omnibus pecoribus et pecudibus ac tota suppellectili domestica sortis suae praefatae. GL. n. XV, 176.

95. *Petricovia, in conventione generali, f. 6 in vigilia Purificationis V. M. (1 feb.).* Rex nob. Iacobo Pyorunowski Pyotrcoviam veniendi et manendi ad decursum 3 septimanarum cum 12 personis et equis salvum conductum extradit. r. XV, 13.

96. —— *f. 5 in crastino Dorotheae (7 feb.).* Rex testificatur coram se et senatoribus Dobrogostium de Ostrorog, castellanum Myedzirzecensem et capitaneum Ostrzeschoviensem, recognovisse, quia villam suam Parznyow, districtus Ostrzeschoviensis, cum Iohanne Pakosslawsky, haerede de Pacoslaw (districtus Posnaniensis) pro medietate Pacoslaw cum additamento 300 marc. commutaverit. GL. XV, 156.

97. —— *f. 6 infra octavas Purificationis V. M (8 feb.).* Rex cives Leopolienses a solutione omnium exactionum, datiarum, a podvodis et expeditione bellica ad decursum 4 annorum iuxta privilegium a rege Casimiro IV eis concessum libertat. XV, 13.

98. —— „ —— Rex conditiones liberae mercaturae iudaeorum in civitate Leopoliensi demonstrat ac definitionem controversiae eorum hac de re cum consulibus civitatis ad aduentum suum ibidem differt. XV, 14.

99. —— „ —— Rex ordinem, quo controversiae inter cives Leopolienses et armenos decidi debeant, praescribit. XV, 14.

100. —— *f. 6 post Dorotheae (8 feb.).* Rex controversiam inter Nicolaum de Curozwanky, castellanum Siradiensem, Iacobum Pyorunowsky et Andream de Olesznycza, castellanum Sandecensem, ratione venditionis civitatis Strykow cum villis ortam, eo modo disiudicat, quod civitatem praefatam Nicolao de Curozwanky adiudicat. XVII, 49.

101. *Petricovia, f. 2 post dominicam Exurge (10 feb.).* Rex testificatur, quia Nicolaus de Cuthno, palatinus Lanciciensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, Barbarae de Mylonycze, consorti suae, 800 marc. mediorum latorum grossorum polonicalium vigore dotis et dotalitii in medietate oppidi Cuthno cum villis Minori Golambyewo et Rykowo et praediis dictis Geglarthy, quae apud nobiles Mroczek et Cusch emerat, necnon cum libera scisura roborum in villa Lanyatha, inscripserit. XVII, 28.

102. —— *f. 2 in crastino Scholasticae (11 feb.).* Rex Sbigneo de Thączyn, succamerario Cracoviensi et capitaneo Mariemburgensi, pro commodo et utilitate castri eiusdem, villam regalem Kosszowo districtus Gdanensis de manibus Iohannis Volykowsky, succamerarii Pomeraniae eximere permittit. GL. XV, 14.

103. —— „ —— Rex privilegium Casimiri Poloniae regis super donatione praedii Gnesnensis Creslao de Curozwanky per Andream Gwasszkonem de Soldaya et donationem eiusdem praedii vicariis Gnesnensibus per Creslaum de Curozwanky, regni cancellarium, in Grodno f. 2 post Luciae (17 dec.) anno 1487 datum, confirmat. CK. XVII, 26.

104 —— „ —— Rex significat, quia Nicolaus de Cuthno, palatinus Lanciciensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, domum et aream lapideam in circulo civitatis Posnaniensis, sibi a rege donatam, famoso Lucae de Obornyky, civi Posnaniensi, pro 960 fl. hung. vendi derit. CK. XVII, 28.

105. —— „ —— Rex, disiudicando causam inter religiosum Iacobum praepositum et ipsius conventum Canonicorum Regularium ordinis s. Augustini in Msthow ex una, et Nicolaum Morsky et liberos olim Pauli de Sczekoczyn, tenutarios in Olsthyn, parte ex altera, incolas oppidi Msthow et villarum pertinentium ab omnibus laboribus, angariis et vecturis in rem castri Olsthyn eiusque tenutariorum absolvit. CK. XVII, 29.

106. —— *f. 3 post Scholasticae (12 feb.).* Rex testificatur Annam relictam Stanislai Gothkowsky cum Iohanne Libischowsky bona Brzoza, Idzykowicze et Idzykowska Wolya pro bonis Trczyanka, Schadikierz, etiam in districtu Opocznensi iacentia, et 200 marc. commutasse. GL. XV, 151.

107. —— *f. 3 ante Valentini (12 feb.).* Rex iudaeis Posnaniensibus quartam partem census annui videlicet 50 fl. hung. per triennium indulget. CK. XVII, 32.

108. —— *f. 4 ante Valentini (13 feb.).* Rex matronas et virgines religiosas monasterii in Wartha ab omnibus censibus, podvodis et solutionibus absolvit. CK. XVII, 32.

109. —— *f. 5 Valentini (14 feb.).* Rex ad petitionem religiosae et nob. Dorotheae Ruczsska advocatiam eius in oppido regio Wartha cuilibet subdito regni vendere permittit. XV, 152.

110. —— „ —— Rex nob. Alberto Nowsky advocatiam haereditariam in villa Noua Yezowo districtus Leopoliensis iure haereditario donat, adiungendo eidem advocatiae molendinum aquaticum stagnumque in fluvio Starzyska, $4^1/_2$ laneos et tabernam cum $^1/_2$ laneo, cum censibus. laboribus, apum alvariis alias dzyamny, stagnis et eorum demissionibus alias spusky, cum licentia in praedicto fluvio ffolusz et stampy facere, cmethones in advocatia locati inter cetera de quolibet laneo 2 mensuras tritici alias mossy dare debebunt; dat etiam advocato ius theutonicum, cmethonesque dictae villae ad labores alias natloką petere admittit. GL. XV, 153.

111. —— „ —— Rex Slavyecz de Nyemyglovy, castellanum et capitaneum Sochaczoviensem, circa capitaneatum Sochaczoviensem relinquit et molendinum illi Sochaczoviense admittit pro molendino in Bolemow, et pro summis variis ei in oppido Bolemow et villis Bolimowska Vyes et Humyn in terra Sochaczoviensi inscriptis et nuper sua sponte sibi donatis et restitutis. XVII, 29.

112. —— „ —— Rex Slavyecz de Nyemyglovy, castellanum et capitaneum Schochaczoviensem, ratione censuum et proventuum ad 1 ianuarii 1493 capitaneatus illius quietat. CK. XVII, 30.

113. —— „ —— Rex Slavyecz de Nyemyglowy, castellano et capitaneo Sochaczoviensi, varias summas in villis Myednyevycze et Orzyschow in terra Sochaczoviensi inscribit, easdemque summas una cum villis Goleyow in Plocensi et altera Rabyona in Belsensi districtibus eidem Slavyecz, in personam Petri de Nyemyglovy, nepotis eius, olim Pauli, germani sui, filii, transferre admittit. XVII, 30.

114. —— „ —— Rex Slavyecz de Nyemglow, castellano et capitaneo Sochaczoviensi, tenutario bonorum regalium, oppidi Bolemow ac villarum Bolemowska Wyesz et Humin in terra Sochaczoviensi, qui 800 fl. hung. sibi in eisdem bonis ab olim rege Casimiro inscriptos nunc regi donavit, eadem bona cum iure patronatus ecclesiae parrochialis in Bolemow ad vitae illius tempora inscribit, quae bona post mortem illius sine ulla pecuniarum redditione ad regem revertere debebunt. CK. XVII, 31.

115. —— „ —— Rex privilegia et munimenta a praedecessoribus suis Casimiro III, Ludovico, Vladislao II, Vladislao III et Casimiro IV civitati Cracoviensi donata confirmat. CK. XVII, 36.

116. *Petricovia, f. 5 Valentini (14 feb.)*. Rex civitatem Cracoviensem ab omnibus exactionibus absolvit praeter has, quae in conventione generali praesenti laudatae fuerint. XVII,38.

117. —— „ —— Rex ratione coronationis suae omnia iura et munimenta terrarum regni Poloniae confirmat. CK. XVII, 39.

118. —— „ —— Rex quaestionem inter communitatem civitatis Wartha et Michaëlem Naroszny, molendinatorem in Wartha, ratione mensurarum a quolibet braseo in molendino praefato recipiendarum disiudicat. CK. XVII, 48.

119. —— *f. 6 in crastino Valentini (15 feb.)*. Rex 1141 fl. hung. Martino Chocimowski, curiensi suo, per Casimirum IV in Slumnyki inscriptos, super oppidum Przedborz transfert. GL. XV, 15.

120. —— *f. 2 Carnisprivii (18 feb.)*. Rex oppidanis in Colomya damna a hostibus passis libertatem ab omnibus oneribus et exactionibus, excepta contributione vasorum nuper laudata, ad quinque annos concedit. GL. XV, 152.

121. —— „ —— Rex Thomae Glowyensky, dapifero Ravensi, 200 sexagenas, eidem per Casimirum olim regem super villas Muchnycze et Skurzewa inscriptas, ad decursum duorum annorum reddere pollicetur. CK. XVII, 32.

122. —— „ —— Rex vadium 1000 marc. inter Annam et Elisabeth de Byesdrow ab una et Andream de Schamotuli, castellanum Calissiensem, ab altera parte, ratione variarum molestationum et iniuriarum, ab eo illis affectarum, interponit. R. XVII, 38.

123. —— *f. 3 Carnisprivii (19 feb.)*. Rex significat, quia Andreas de Schamothuly, castellanus Calissiensis, 1000 marc. consorti suae Catharinae, filiae olim Iohannis de Olesznycza super bonis suis: medietate oppidi Thurobyn cum suburbiis et villis Tarnawa, Byskupye, Myeseczka Vola, Turobynyecz, Olszanka, Szabno, Czyrnyaczyn, Rokythow, Dzyathlowa Vola, Pstrągowa Wola et aliis inscripserit. XVII, 33.

124. —— „ —— Rex testificatur, quia Iohannes, filius olim Iohannis Zaramba de Calynowa, palatini Calissiensis, Dobrochnae de Łąszenycza, matri suae, relictae viduae, dotalitium 1000 marc. latorum grossorum pragensium in oppidum Tuliskow cum villis Wyelyepole, Tarnowa, Sarbycza, Krampa Kalisska in Coninensi, Dzyadouicze, Pyethno, Kothfasszycze, Czarthky in Calissiensi, Russyecz, Russyeczka Vola, minera ferri alias Rudnycza in Siradiensi, Czyrnycze, Strabyn, Wyelkye, Czarneszolny, Okalow in Wyelunensi districtibus transtulerit. CK. XVII, 33.

125. —— „ —— Rex testificatur, quia Iohannes Zaramba de Calynowa, curiensis suus, genitrici suae Dobrochnae de Laszenycze 2000 fl. hung. in bonis suis, videlicet: Calynowa, Domanyow, Cowalczow, Upusczow, Raczkow, Gacz, Dzyerlyn, Vola, Gluchow, Malhow, Sobyessanky, Strachoczycze in terra Siradiensi inscripserit, cum hac conditione, quod in casu mortis suae possessio eorundem bonorum ad matrem et successive filiam eius itidem Dobrochnam virginem devolvi debeat. CK. XVII, 34.

126. —— „ —— Rex testificatur, quia Dobrochna de Lanzenicza, olim Iohannis Zaramba de Calynowa, palatini Calissiensis, relicta, 1000 marc. latorum grossorum pragensium ratione dotis et totidem ratione dotalitii filio suo Iohanni in oppido Tulyszkow cum villis Vyelyepole, Tarnowa, Sarbyczko, Krampa Calisska in Coninensi, Dzyadouicze, Pyethno, Kothffassycze, Czarthky in Calissiensi, Russyecz, Russzeczka Vola, minera ferri alias Rudnycza in Syradiensi, Czyrnycze, Strabyn, Wyelkye, Czarnezolny, Okalow in Vyelunensi terris renuntiaverit. CK. XVII, 53.

127. —— *f. 3 ante Invocavit (19 feb.)*. Rex iura et privilegia vetera civitatis Wysliciensis innovat et confirmat. CK XVII, 19, 48, 49. NB. Sub eadem forma, data et testibus datae sunt litterae confirmationis civitatibus Vyeliczka et Andrzeyow.

128. —— „ —— Rex ad petitiones Nicolai et Przedborii de Codramb—villas eorundem Codramb, Volya Codrambska, Smodrysszow, Wydawka alias Cuda, Kyemlyna Volya haereditarias, in districtu Radomskie sitas, de iure polonico in ius theutonicum transfert. XVII, 68.

129. —— *f. 4 Cinerum (20 feb.)*. Rex certam concordiam inter Iohannem de Rozdraszew et Nicolaum Ffilcz, civem Sandomiriensem, per Urielem de Gorca, episcopum Posnaniensem, Creslaum de Curozwanky, cancellarium et Stanislaum de Schydlovyecz Radomiensem castellanum, amicabiles compositores, factam, confirmat. CK XVII, 38.

130. —— *f. 6 Petri ad cathedram (22 feb)*.. Rex Beatae de Thaneczin, relictae Iohannis Odrowąsch de Sprowa, palatini Russiae, villas regales Hrvschowa districtus Praemisliensis de manibus nobilium Bal, Wyschokye districtus Samboriensis de manibus Procz, Andreyko et Maruschka consortis, Jaczko et Podbusch, districtus Samboriensis, de manibus Riczkonis et eius fratris patruelis alterius Riczkonis eximere permittit. XV, 15

131. —— „ —— Rex privilegium Vladislai ducis Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Cuiaviae et Lanciciae anni 1306 super advocatiam Cracoviensem confirmat. CK. XVII, 35.

132. —— „ —— Rex testificatur, quia Iohannes Iohannis filius de Curoswanky ad vota Creslai de Curoswanky, Gnesnensis et Cracoviensis decani et s. Michaëlis in castro Cracoviensi praepositi, regni cancellarii, patrui sui germani, totam suam sortem haereditariam in villa

Belzatowa Volya, in terra Siradiensi et districtu Pyothrkoviensi sita, Nicolao Wolsky eiusque successoribus resignaverit. CK. XVII, 139.

133. *Petricovia, dominica Invocavit (24 feb.)*. Rex significat Iohannem Olessky, castellanum Malogostensem, recognovisse, quia pro Sigismundo Hriczko de Pomorzany, capitaneo Trebowliensi, Iohanni de Synyawa 300 marcas fideiusserit, quas si idem ad duo festa Nativitatis Christi per 150 marc. non solverit, extunc dicto Synyawsky intromissionem in villas suas Holubowicze Superior, Holubowicze Mediocris et Holubowicze Inferior dare debeat. XV, 15.

134. —— „ —— Rex significat Sigismundum Riczka de Pomorzany, capitaneum Trebowliensem, de consensu suo, Iohanni de Olessko, castellano Malogostensi, 300 marc. in oppido Trebowla, excepto molendino et teloneo in ibidem, ac villis Hvmniscza et Pothaycza inscripsisse. GL. XV, 16.

135. —— „ —— Rex Petro de Curozwanki, thesaurario regni, capitaneo Cracoviensi et Oswyaczimensi, qui ius erectionis piscinae in villa regia Brzeszcze terrae Oswyaczimensis iuxta tabernam na budach dicta a Petro Myskowski, castellano Vyelunensi, exemit, 300 fl. hung. in regiis bonis in terra Oswyaczimensi per eum exemptis inscribit. GL. XV, 154.

136. —— „ —— Rex nobili Abraam Czech de Stheklna 1300 fl. hung. debiti a Casimiro IV rege mutuatos per annum a proxime venturo festo Paschae (30 mar.) in castro Lanczkorvna in manus suas vel in manus Gregorii de Ludbrancz regni vice-cancellari et Petri Gnyady de Szabyorow reddere, in casu vero non redditionis intromissionem eidem Abraam in civitatem Wartha cum villis in terra Siradiensi dare pollicetur. CK. XVII, 39.

137. —— *f. 2 post Invocavit (25 feb.)*. Rex controversiam certam ratione divisionis bonorum paternorum et negotiationis inter iudaeos de Rubyeschow, Joszko et Yczchan, ex una, Mordusch ac Schan, ex altera parte, omnes inter se fratres germanos, audita opinione seniorum doctorum iudaeorum, disiudicat. CK. XVII, 42, 52.

138. —— „ —— Rex nob. Derslao advocato in Budzyschovycze privilegium Semouithi ducis Ravae, f. 2 Pentecostes (5 iun.) anno 1441 super eandem advocatiam datum, innovat. XVII, 46.

139. —— *f. 3 post Invocavit (26 feb.)*. Rex civitati Crosnensi omnia iura, libertates et emunitates confirmat. GL. XV, 154.

140. —— „ —— Rex civitati Cracoviensi, conservationis et emendationis murorum gratia, exactionem 1 fl. hung. a quolibet medio vase vel cuffa vini donat. XV, 155.

141. —— „ —— Rex testificatur, quia nobilis Nicolaus Gbelsky suo et uxoris suae nob. Margarethae nominibus, ex una, et Nicolaus Paczolthowsky suo et uxoris suae nobilis olim Annae ac filii sui Hieronimi nominibus, ex altera parte, certam concordiam, ratione bonorum ipsius Paczolthowsky haereditariorum: Gnyasdovycze et Makoczycze, in quibus dotem consortis suae inscribere debeat et pro quibus inter se et praefatum Gbelsky citationes habeant, ac ratione dimissionis eorundem bonorum, fecerint. CK. XVII, 40.

142. —— „ —— Rex privilegium olim Vladislai regis, anno 1329 Cracoviae infra octavam Iohannis Baptistae super advocatiam in Schydlow datum, confirmat. CK. XVII, 40.

143. —— „ —— Rex testificatur praelatos barones universosque proceres regni certas datias, videlicet quartam partem censuum ex censibus propriis, de quolibet emethonum laneo fertonem, exactionem civilem ac vasorum contributionem sponte et ex liberalitate sibi concessisse, easque dacias per hanc sequelam ab incolis terrae Cracoviensis in futurum non exigere promittit. CK. XVIII, 41. NB. Litterae in hac forma datae sunt etiam incolis terrarum: Sandomiriensis, Radomiensis, Lucoviensis, Lublinensis, Chelmensis, Belsensis, Przemisliensis, Leopoliensis, Haliciensis, Podoliae, Sanocensis, Siradiensis, Vyelunensis, Calissiensis, Posnaniensis, Vschovensis, Brzestensis, Cuyaviensis, Dobrzinensis, Lanciciensis, Gostinensis, Sochaczoviensis, Ravensis, Oszvyanczimensis.

144. —— „ —— Rex Andreae Baccalarzowycz et Nicolao Olschowy civibus oppidi Srzoda, quos concives eorum actores incendii in suburbio Srzodensi nominant, salvum conductum a data praesentium ad adventum suum in Posnaniam, ut innocentiam suam ostendere possint, admittit. CK. XVII, 41.

145. —— *f. 4 post Invocavit (27 feb.)*. Rex controversiam ratione debiti 670 fl. inter nob. Nicolaum Dlusky et prov. olim Mathiam Hekyel, advocatum Wschovensem, iam tempore regiminis olim Casimiri regis ortam, disiudicat et Nicolao Dlusky intromissionem in eandem advocatiam admittit. CK. XVII, 41.

146. —— *f. 5 post Invocavit (28 feb.)*. Rex testificatur, quia Albertus haeres in Lubowo totam suam medietatem oppidi ac villarum alias suburbiorum et haereditatis Lubowo una cum curia et domo magna in monte sita, in districtu Gnesnensi, pro tertia parte ville Sythovyecz districtus Posnaniensis cum additione 1000 marc. pol. cum Uriele de Gorca, episcopo Posnaniensi, ac Luca de Gorka, nepote eius germano, commutaverit. XVII, 42.

147. *Petricovia, f. 6 post Invocavit (1 mar.).* Rex, ratione novae discordiae inter iudaeos Rubyeschovienses, fratres germanos Jossko, Yczchan, Mordusch et Schan, occasione divisionis bonorum maternorum ortae, Stanislaum Malynsky, praepositum Siradiensem, notarium regium, ad matrem suprafatorum iudaeorum Lyam Schachnowa viduam, nunc consortem iudaei Rubyeschoviensis Ysaac, mittit, quae quidem Lya recognovit de bonis maternis Jossko et Iczchan filiis suis per ipsam nihil datum esse. CK. XVII, 43.

148. —— *f. 6 ante Reminiscere (1 mar.).* Rex Martino Choczimowski, curiensi suo, villas Pląskowycze et Thurowycze terrae Sandomiriensis de manibus Iohannis Gyzyczki eximere permittit. GL. XV, 17.

149. —— „ —— Rex, qualiter de singulis depositoriis certi vectores ordine certo absque mutuis depositoriorum praeiudiciis sal tollere debeant, disponit. CK. XVII, 26.

150. —— „ —— Rex Iohanni Sapyensky, iudici Calissiensi, pro meritis 30 marc. pol. super exactione duorum grossorum in terris Maioris Poloniae dat. CK. XVII, 44.

151. —— „ —— Rex iudaeis Josko et Iczchan, germanis de Rubyeschow, teloneum pontale et aggerale ac libram Lublinensem ad quattuor annos pro 320 marc. pol. arrendat. CK. XVII, 45.

152. —— „ —— Rex testificatur, quia Stanislaus Slupsky, haeres de Maiori Brzeszkorzytheno, totales sextas sortes haereditarias, in oppido Vyrzyska Wyesch et Ossyek in Naklensi, Sandowo et Colodzyeyowo in Gnesnensi districtibus sitas, Raphaeli et Nicolao fratribus germanis de Vylczyno indivisis donaverit. CK. XVII, 46.

153. —— „ —— Rex testificatur, quia Iohannes Amor de Tharnov, castellanus Cracoviensis, 1000 fl. hung. super bonis suis haereditariis Sczepanovycze districtus Proschouiensis Sophiae natae suae et conventui s. Agnethis in Stradomya, in quem praefata Sophia ingressa sit, inscripserit. CK. XVII, 49.

154. —— „ —— Rex testificatur Iohannem Tursky, haeredem de Wamborkow castrum Wamborkow districtus Brzezinensis cum Nicolao de Curozwanky, castellano Siradiensi, pro 120 fl. hung., 4 equis currulibus cum curru et tectura pro 90 fl., duobus equis hastariis alias kopynycze, uno pro 50 fl., alio pro 20 fl., pro armis super hastarium et super 6 sagittarios, pro 179 florenis, stamine panni florentini pro 52 fl., vulpina pellicea pro 12 fl. et pro 80 debito fl., quos solvit nobilibus Dobeslao Szelczyczsky, Iohanni Vrzazowsky et Iohanni Tudorowsky, commutasse. CK. XVII, 51.

155. —— *sabbato ante Reminiscere (2 mar).* Litterae universales regiae super institutione exactionis sive daciae vasorum in conventu generali pro festo s. Priscae (18 ian.) in Piothrkow habito laudatae. R. XV, 40.

156. —— „ —— Item oppidanis in Sulyeyow data est confirmatio iurium in forma ut et Crosnensibus (conf. Nr. 139). n. XV, 156.

157. —— „ —— Rex daciam vasorum alias czopowe in toto regno pro necessitate reipublicae in spatium unius anni instituit, exactoresque terrarum nominat. XVII, 45.

158. —— „ —— Exactores datiae vasorum: in terra Cracoviensi Stanislaus Mlodzyeyewsky, in Sandomiriensi Iohannes Slupeczsky, in Siradiensi et Vyelunensi Nicolaus Gomolynsky, in Lanciciensi et Cuyavia Gledzanowsky, in Chelmensi Iohannes Gorzkowsky, in Leopoliensi Maldrzyk, in Sanocensi et Premisliensi Jacobus Pyenyąszek de Wythovycze, in Belsensi Henricus Camyenyeczsky, capitaneus Belsensis; in Radomiensi Derslaus de Smogorzow, capitaneus Radomiensis; in Calissiensi Janussius Lathalsky; in Posnaniensi et Wschovensi Stanislaus Imbyr de Obyeszerze, in Dobrzynensi Nicolaus Ossowsky, tribunus Dobrzinensis; in Ravensi, Sochaczoviensi, Gostinensi Petrus iudex Rauensis; in Lublinensi, Lukoviensi Andreas Moravyecz de Colczyn; in Podolia Iohannes de Gyagyelnycza vexillifer; in terra Haliciensi Stanislaus de Chodecz, capitaneus Haliciensis; in Brestensi, Naklensi—Vincentius de Byaleslywy. n. XVII, 46.

159. —— „ —— Litterae universales Iohannis Alberti regis ad capitaneos regni super exactione daciae vasorum alias czopowe. R. XVII, 48.

160. —— „ —— Rex nob. Adae Sworcz, consuli Cracoviensi, privilegium datum in monasterio Swyerzinecensi, f. 6 ante Purificationis V. M. (30 ian.) anno 1439, super scultetiam in villa Swyerzynyecz districtus Cracoviensis, confirmat. CK. XVII, 50.

161. —— „ —— Rex Stanislao Kmytha de Wyssznycze, castellano Przemisliensi, censum annuum 50 marcarum in zuppis Bochnensibus Stanislao Dersznyak de Rokythnycza, succamerario Premisliensi, inscribere et obligare consentit. CK. XVII, 51.

162. —— *dominica Reminiscere (3 mar.).* Rex Martino Choczymowski curiensi et familiari suo, villam Łąky terrae Siradiensis de manibus Bernhardi et Zegothae fratrum de Moykowycze eximere permittit. GL. XV, 16.

163. —— „ —— Rex ad petitiones Iohannis de Pylcza, palatini Russiae, Sbigneo Wlodzyslawsky, tenutario in Oczecz, duas scultetias, alteram de manibus Iacobi prioris et conventus ad s. Marcum Cracoviae, alteram de manibus Iohannis Czopek, civis Cracoviensis, eximere permittit. GL. XV, 17.

164. *Petricovia, dominica Reminiscere (3 mar.).* Rex Mathiae episcopo Chelmensi et Troyano de Stharalomsa, nepoti ipsius, villas regales: Plonka, Lypye, Rudnyky, Srzednye et Makovyska, in terra Chelmensi districtu Crasnosthaviensi sitas, de manibus Iohannis Hebermuth redimere admittit et insuper praefatis episcopo et nepoti eius ex eo, quia regi episcopus ille resignavit alia bona videlicet: Luca, Nyevyeszyn ac Cunycze in Haliciensi, Camyonky, Nawrathnica, Zakmyszow in Trebowliensi districtibus, 500 marc. pol. in bonis ab ipsis redimendis suprafatis inscribit. CK. XVII, 44.

165. —— „ —— Rex Stanislao de Wysznycze, castellano Premisliensi, proventum 50 marcarum census septimanalis in zuppis Bochnensibus Iacobo Morsky de Marchoczycze in 600 fl. hung. invadiare et impignorare permittit (deletae). CK. XVII, 45.

166. —— *f. 2 post dominicam Reminiscere (4 mar.).* Rex Iohannem Szwyrczowsky cum 206 equitibus in servicium suscipit et litteras indemnitatis dat. CK. XVII, 44. NB. Litterae hac in forma datae sunt: Hynkoni Unyensky super 170 equos, Derslao Dzyeszek super 200 equos, Jukowsky super 100 equos, Lanczsky super 170 equos, Jankowsky super 170 equos.

167. *Schadek, f. 3 post Reminiscere (5 mar.).* Rex oppido regio Schadek omnia iura, privilegia et emunitates confirmat. GL. XV, 156.

168. *Calisch, f. 2 post Oculi (11 mar.).* Rex testificatur Stanislaum alias Duschka, haeredem de Minori Sabbathka, sortes suas in villis Brudzewo et Bolemowo, districtus Calischiensis, Iohanni Ruschoczski, dapifero Lanciciensi, pro 300 marcis mediorum grossorum vendidisse. XV, 158.

169. *Pisdri, f. 3 ante Laetare (12 mar.).* Rex testificatur Stanislaum Gorasdowsky, tenutarium villae regiae Magna Murzynowo, 500 fl. hung. in eadem villa ac lapideam in civitate Pisdri cum tota suppellectili Dorotheae, uxori suae, ad vitam inscripsisse. XV, 18.

170. —— „ —— Rex Sbigneo de Thanczin, succamerario Cracoviensi et capitaneo Mariemburgensi, 24 bancos salis pro necessitate domestica a Iohanne Borzimowsky, canonico et suppario Cracoviensi, recipiendos singulis annis donat. XV, 18.

171. *Pleschow, f. 3 post Oculi (12 mar.).* Rex privilegium exustum oppido Pleschow super fora annualia pro festis s. Floriani (4 mai) et Decollationis s. Iohannis (29 aug.) simul cum foralibus septimanalibus singulis feriis quintis renovat. r. XV, 18.

172. *Posnania, f. 4 post Laetare (20 mar.).* Item data est confirmatio iurium et privilegiorum omniumque emunitatum oppidanis in Szroda. XV, 157.

173. —— *f. 5 ante Iudica (21 mar.).* Rex oppidanos de Strzelno post exustionem ab omnibus exactionibus et datiis ad 4 annos liberat. XV, 17.

174. —— *f. 6 ante Iudica (22 mar.).* Rex privilegium Vladislai III, datum Budae f. 4 Mariae Magdalenae (22 iul.) anno 1444 oppidanis in Pisdri a solutione foralium confirmat. GL. XV, 157.

175. —— „ —— Data est confirmatio iurium, libertatum et emunitatum in forma cancellariae civitati Posnaniensi. n. XV, 158.

176. —— „ —— Item similis confirmatio iurium data est ecclesiae metropolitanae Gnesnensi in eadem forma. n. XV, 158.

177. —— *f. 2 post dominicam Quasimodo geniti (15 apr.).* Vallatum est vadium inter Dobeslaum de Curozwanky, palatinum Lublinensem et burgrabium Wielunensem, ex una, et nob. Wierusch, iudicem Wielunensem, parte ex altera, ut pro iniuriis mutuis non violentiis, sed iure experiantur. r. XV, 19.

178. —— *f. 3 post Quasimodo geniti (16 apr.).* Datus est consensus doctori Liberhant ad vendendum provv. Casparo, Laurentio et Georgio, fratribus germanis indivisis, villam Newkreszdorf terrae Glogoviensis, pro servitiis a rege donatam. r. XV, 20.

179. —— *f. 3 post dominicam Conductus Paschae (16 apr.).* Item data est confirmatio iurium, libertatum et emunitatum in forma cancellariae civitati Stawischyn. n. XV, 158.

180. —— *f. 4 post Conductus Paschae (17 apr.).* Rex privilegium Casimiri III, Poloniae regis, Henrico quondam advocato in Wartha super locatione civitatis in villa Colo in Dobsycz f. 2 post Margarethae (18 iul.) anno 1362 datum, ad petitionem consulum oppidi Colo confirmat. GL. XV, 159.

181. —— *dominica ante Adalberti (21 apr.).* Datus est consensus Iohanni de Sprowa, capitaneo Opocznensi, obligare villam Brwdzovicze Derslao Wansch de Szmogorzew, capitaneo Radomiensi, in 200 fl. hung. r. XV, 19.

182. —— *f. 2 ante Adalberti (22 apr.).* Datus est salvus conductus in forma solita a data praesentium ad festum Pentecostes proximum (26 mai) Iohanni et Georgio fratribus germanis dictis Posz ac Sigismundo Kothwycz. r. XV, 19.

183. —— *f. 4 Philippi et Iacobi (1 mai).* Rex litteras Vladislai II, Poloniae regis, super donatione villarum Turoschow et Pomorzanowicze Ekhardo de Waldow, militi regio, Lublini, die Michaëlis (29 sep.) anno 1388 datas, ad petitionem Alberti Dambrowsky, haeredis in Wiszlawycze, renowat et confirmat. XV, 160.

184. *Posnania, f. 5 in crastino Philippi et Iacobi (2 mai).* Rex ad petitionem Petri abbatis de Obra ordinis Cisterciensis iura, libertates et privilegia monasterii Obra confirmat. XV, 160.

185. —— *f. 6 Inventionis Crucis (3 mai).* Data est confirmatio privilegiorum religiosis fratribus monasterii in Wangrowiecz in eadem forma litterae praecedentis (Nr. 184). XV, 160.

186. —— *f. 3 vigilia Stanislai (7 mai).* Rex ad petitionem consulum civitatis Wschowensis certos articulos quoad conficiendum et vendendum pannum pro textoribus eiusdem civitatis constituit. XV, 161.

187. —— „ —— Data est confirmatio iurium civitati Wschowa in forma cancellariae. n. XV, 161.

188. —— *f. 6 post Stanislai (10 mai).* Rex ad petitionem nob. Iacobi advocati de Kczynya, filii Michaëlis, qui eandem advocatiam apud nob. Paulum, filium Simonis Czayka, emerat, binas litteras, alteras Boleslai V, Poloniae ducis, super fundationem dictae advocatiae, in Poznan festo s. Petri anno 1262 datas, alteras vero Petri de Opalenycza, vexilliferi Posnaniensis et capitanei Maioris Poloniae generalis, super certam emptionem dictae advocatiae, in Kczynya, feria 5 ante Oculi (2 mar.) anno 1480 datas, confirmat. XV, 162.

189. —— *dominica ante Sophiae (12 mai).* Rex Stanislao de Pothulicze in bonis haereditariis eius Wscheradowo sal minutum vel bancatum quaerere admittit. GL. XV, 19.

190. —— *f. 3 infra octavas Ascensionis (21 mai).* Datus est salvus conductus nob. Martino Ponyeczky cum 12 equis et totidem personis ad festum Trinitatis (2 iun.) proximum. r. XV, 20.

191. —— *dominica Trinitatis (2 iun.).* Protractus est salvus conductus nob. Martino Ponyeczki cum 12 equis et hominibus ad dominicam infra octavas Corporis Christi (9 iun.). r. XV, 20.

192. —— „ —— Data est confirmatio iurium in forma cancellariae solita monasterio Paradiso ordinis Cisterciensis. n. XV, 163.

193. —— *f. 2 in crastino Trinitatis (3 iun.).* Rex testificatur Florianum de Zichlin, succamerarium Brzestensem, Barbarae, uxori suae, 500 marc. ab ea sibi in bonis regalibus castro Copanycza et villis Wyelga wiesz, Malą wyesz et Vachawno inscriptas, in eisdem bonis reinscripsisse. XV, 20.

194. —— *f. 3 post Trinitatis (4 iun.).* Rex significat nob. Wlodkam, relictam Iohannis de Policzsko, una cum fratre suo germano Matthia Comorniczsky recognovisse, quia Iohannes Policzsky cum filiastro Luca sibi pro dote et dotalitio super villa Policzsko inscriptis plenarie satisfererit. XV, 20.

195. —— *f. 5 Corporis Christi (6 iun.).* Rex testificatur Lucam Policzsky medietatem villae Policzsko cum omnibus utilitatibus, fluviis et obstaculis alias szyaszy pro 100 fl. hung. iure reemptionis Andreae Herscopski vendidisse. XV, 21.

196. —— „ —— Rex testificatur Iohannem Policzsky medietatem villae Janowo districtus Posnaniensis Andreae Herscopsky iure reemptionis pro 100 fl. hung, vendidisse. XV, 21.

197. —— *f. 6 infra octavas Corporis Christi (7 iun.).* Rex testificatur Martinum de Sbanschin Sophiae de Oppalyenycza, consorti suae, 2800 fl. hung. dotis et dotalicii super medietate bonorum suorum: Lanky wyelkye, Lubyechowo, Zakrzowko et medietate villae Parzinczewo, ac bonorum regiorum: oppidorum Babimosth et Brodcze alias Rosthocze antiquum cum teloneo, villarumque Podmoklye male, Podmoklye aliud wyelkye, Novawyesz et Grodcze utraque inscripsisse. GL. XV, 166.

198. —— *dominica infra octavas Corporis Christi (9 iun.).* Protractus est salvus conductus nob. Martino Ponyeczky cum 12 equis et totidem humanis personis a die dominico infra octavas Corporis Christi ad unam septimanam, videlicet ad diem dominicum in crastino s. Viti (16 iun.). n. XV, 22.

199. —— *f. 2 infra octavas Corporis Christi (10 iun.).* Rex nob. Januscho Swyrczewski cum comitiva 212 equitum in servicium accepto pensionem per 10 fl. hung. super equum ad quartuale anni assignat et litteras indemnitatis dat. XV, 21.

200. —— „ —— Litterae indemnitatis datae: Jankowski in 170 equis, Petro Lanczski in 170 equis, Hynek in 170 equis, Derslao in 200 equis, Zukowski in 100 equis. n. XV, 21.

201. —— *f. 3 infra octavas Corporis Christi (11 iun.).* Rex ad petitionem Iohannis, abbatis in Wangrowyecz, fraternitatem sagittariorum, pro defensione et commodo bonorum monasterii institutam, admittit et certam aream cum domo eidem donat. GL. XV, 22.

202. —— „ —— Rex litteras Vladislai, Lanciciensis et Dobrzinensis ducis, super venditionem villae Merica cum silva Gorzechowo terrae Dobrzinensis, in Bobrownyk in octawa Paschae (19 apr.) anno 1349 datas, renovat et confirmat. GL. XV, 163.

203. *Posnania, f. 4 infra octavas Corporis Christi (12 iun.).* Rex oppidanos de Radzeyow damna ab igne passos ab omnibus exactionibus et angariis, excepta exactione tunnalium alias czopowe, ad 12 annos libertat. XV, 22.

204. —— „ —— Rex testificatur Iohannem seniorem castellanum Rogosznensem et capitaneum Naklensem et Iohannem iuniorem fratres germanos de Damaborz sub vadio 1000 fl. hung. talem fecisse inter se divisionem bonorum, quod Ioaani seniori bona Lubarscz, Crosthkowo, Nyezykowo, Stare, Glupczyno, Smyardowo, oppidum Crayenka, Pyczyno, Sokolna, Gaczski, Wyessolka, Rogowo, et Clykowo districtus Naklensis, Iohanni vero iuniori bona Damaborz, Zaszkowycze, Copaszyno, Brzesna, Dobyeszewko, Czeslawicze, Dąbagora, Slupowa, Strachuczyn et Roszwarzyn, districtus Kczynensis et Naklensis cedere debeant. GL. XV, 164.

205. —— *f. 3 ante Iohannis Baptistae (18 iun.).* Rex, ad petitionem Alberti de Syeczynye, theologiae professoris, ordinis s. Dominici in Polonia provincialis, duas litteras Premisli, Poloniae ducis, datas in Poznan 11 calendas decembris (21 nov.) anno 1279, et in Poznan idibus februarii (13 feb.) anno 1280, super certis donationibus monasterio in Wronki factis, confirmat. XV, 164.

206. —— *f. 5 ante Iohannis Baptistae (20 iun.).* Rex ad petitionem nob. Nicolai Chwalkowski 5 mansos in villa regali Plowcze districtus Pisdrzensis, tenutae ipsius, in 80 marcis post Margaretham, sororem eius germanam, ratione dotis et dotalitii, nob. Andreae Swyaczynski inscribere permittit. XV, 22.

207. —— *f. 2 Iohannis Baptistae (24 iun.).* Rex concordiam inter Iohannem Cosserz dictum Polak et Martinum Mirzowsky, fratres germanos, ratione villae Mirzewo districtus Gnesnensis factam, confirmat. XV, 23.

208. —— *f. 6 vigilia Petri et Pauli (28 iun.).* Rex oppidanis in Smyegyel in foro septimanali singulis feriis quintis equos, boves et alia pecora libere vendere ad petitionem consiliariorum et Petri Smygyelsky, canonici Posnaniensis, libertatem concedit. XV, 165.

209. —— *f. 3 Visitationis V. M. (2 iul.).* Rex Sigismundo, fratri suo germano, telonea Posnaniense, Costinense, Calischiense et Conynense de manibus Iohannis Swydwa palatini et Andreae castellani Calischiensium, fratrorum de Schomotuli eximere permittit et Andreae castellano telonea Calischiense, Conynense et Cleczowiense inscribit. XV, 23.

210. —— „ —— Rex 427 fl. hung. debiti sui et patris sui Georgio Hubati, Stanislao Wrzącza et Nicolao alias Nikiel, civi Calischiensi, exsolutos consulibus et civitati Calischiensi in villa Rayszkowo districtus Calischiensis inscribit. XV, 24.

211. —— *f. 5 ante Margarethae (11 iul.).* Rex confirmat certam concordiam, per Nicolaum de Cosczyelecz, capitaneum Thucholiensem recognitam, inter eum et fratrem eius Stanislaum ratione divisionis inscriptorum eis bonorum regiorum: castri Czlochow et oppidorum Choynicze, Ffrelanth, Amersthyn cum villis, castri et oppidi Nyeschowa antiqua cum villis, teloneis et navigiis in fluvio Vysla, ac etiam oppidi Cosczyelecz cum villis et villae Sarley cum adiacentibus, hac conditione adiecta, quod Anna uxor Nicolai de pecuniis, quae sibi ratione dotalitii alias vyana in Nyeschowa inscriptae erant se abrenuntiare alias vyrzecz, debebit, quodque dictus Nicolaus dotem alias possag sororibus suis Dobrochnae, consorti nob. Baranowski, et Barbarae virgini exsolvat. GL. XV, 27, 30.

212. —— „ —— Rex concordiam certam ratione divisionis bonorum paternorum per Stanislaum de Cosczyelecz, capitaneum in Czlochow (conf. supra Nr. 211) recognitam confirmat. GL. XV, 35.

213. —— *f. 6 in vigilia Margarethae (12 iul.).* Rex significat Florianum de Zichlin, succamerarium Brzestensem, Barbarae, uxori suae, 500 marc. in bonis regalibus castro Coppanycza et villis Wyelgawyesz, Malawyesz et Wachawno inscripsisse, litteras vero, quibus eadem uxor sibi 500 marc. prius inscripsisset, (Nr. 193), cassavisse. GL. XV, 24.

214. —— *sabbato Margarethae (13 iul.).* Rex ad petitionem Urielis de Gorca, episcopi Posnaniensis, et aliorum consiliariorum regni, inscriptionem 200 marc. dotis et dotalitii Elisabeth, consorti Aleksandri de Gay, in bonis regalibus Obornyki et specialiter in villa Bogdanowo approbat. GL. XV, 24.

215. —— *dominica in crastino Margarethae (14 iul.).* Rex rationem cum Cristino de Bowanthow, canonico Vladislaviensi, de teloneis aquaticis in Visla, videlicet medio Dobrzinensi et integro Bobrowniczensi factam approbat. GL. XV, 25.

216. —— *feria 4 Alexii (17 iul.).* Rex oppidum Srzem cum villis pro 4376 fl. hung. et 1 fertone de manibus Iohannis Laschoczsky eximit dictamque summam in certis ratis a Slawyecz de Neymyolow, castellano et capitaneo Sochaczoviensi, et a iudaeis Posnaniensibus recipiendam ei assignat. GL. XV, 25.

217. —— „ —— Rex ex ordinatione certa inter suam Maiestatem et Iohannem Lassoczky de Lassothki pro exemendis bonis Srzyem facta in eisdem bonis ipsi Iohanni Lassocz-

ki 4376 fl. hung. et unum fertonem atque solutionem impensarum super molendino folusz per eundem Iohannem faciendarum inscribit. GL. r. XVII, 152.

218. *Posnania, f. 5 in crastino Alexii (18 iul.).* Rex Iohanni Laschowczky de Laschotky bona regalia Ostrzeschow de manibus Dobrogostii Ostrorog, castellani Myedrzyrzecensis, eximere permittit. GL. XV, 26.

219. —— *f. 2 Mariae Magdalenae (22 iul.).* Rex testificatur Iohannem de Stoykowo olim Byenyensky villam Benyno districtus Posnaniensis Iohanni de Ostrorog, castellano Posnaniensi, pro 1400 fl. hung. vendidisse. GL. XV, 171.

220. —— *f. 4 vigilia Jacobi (24 iul.).* Rex testificatur Petrum, episcopum Vladislaviensem, una cum Hieronimo, nepote suo germano, filio olim Mathiae de Bnyn, palatini Posnaniensis, recognovisse, quia ipsis Iohannes Swydwa de Schamotuli, palatinus Calissiensis ac Catharina, filia sua, consors vero Nicolai de Cosczelecz, castellani Cruszwiciensis, pro omnibus articulis iuxta inscriptionem litterae arbitralis olim Casimiri regis dicto palatino Mathiae concessam satisfecerint. XV, 32.

221. —— „ —— Rex certum contractum inter Catharinam, filiam Iohannis de Schamothuli, palatini Calissiensis, et uxorem Nicolai de Cosczelecz, castellani Cruszwiciensis, ab una, et Petrum de Bnyn, episcopum Vladislaviensem ac Hieronimum de Bnyn nepotem eius, parte ab altera, ratione summae 2500 marc., quam post dictas personas, si sine prole decederint, Petrus de Oppalyenycza, iudex Posnaniensis et frater eius Nicolaus, necnon Petrus, Albertus et Nicolaus de Ridzina iuro successionis accipere debeant. GL. XV, 33.

222. —— *f. 5 post Mariae Magdalenae (25 iul.).* Rex testificatur Iohannem olim haeredem de Byenyno recognovisse, quia fideiusserit Iohanni de Ostrorog, castellano Posnaniensi, et eius successoribus eliberare et expedire alias wyczlycz hoc est wywarowacz dictam Benyno districtus Posnaniensis pro 1400 fl. hung. eidem Iohanni de Ostrorog venditam, promiseritque fratrem suum Andream coram Regia Mte, aut coram Nicolao de Cuthno, palatino Lanciciensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, adducere, ut resignaret dictam villam Benyno, atque etiam Mathiam Studzyenski, generum suum, ut partem dictae villae resignaret. XV, 49.

223. —— *f. 2 ante Petri ad vincula (29 iul.).* Rex Iohanni Wyrzbyatha, terrigenae de terris Prussiae, propter odia Nicolai de Wolykowo, palatini Pomeraniae, a violentia salvum conductum a data praesentium ad Carnisprivium (12 feb.) duraturum dat. GL. XV, 32.

224. —— *f. 5 Petri ad vincula (1 aug.).* Rex, receptis in mutuum 1000 fl. hung. a Matthia Glowaczski, tribuno maiori et capitaneo Siradiensi, dictam summam in oppidis Schadek et Wartha et in civitate Siradiensi inscribit. GL. XV, 209.

225. —— *f. 2 Dominici (5 aug.).* Rex testificatur Martinum Golutowski sortes suas in Goluthowo, Dzczanlgowo, Sokolnyki, Zabicze et Ostrow districtus Pisdrensis pro villa Pyotrowo districtus Costensis cum Petro de Bnin, episcopo Vladislaviensi, cum additione 500 marc. commutasse. NB. Item altera pars recepit similem de verbo ad verbum litteram. XV, 166.

226. —— *f. 4 ante Laurentii (7 aug.).* Rex Ernesto Isthammer litteras super iusta per eum possessione bonorum Czobrun, Kyttlaw, Gross Osseten et Rabenaw, districtus Glogoviensis, dat. g. XV, 167.

227. —— *f. 5 ante Laurentii (8 aug.).* Rex Andreae de Schamothuli, castellano Calissiensi villam Lypye districtus Crasnostawensis de manibus nob. Iohannis Ebermuth eximere permittit. GL. XV, 40.

228. —— *f. 6 ante Laurentii (9 aug.).* Rex privilegia civitatis Glogoviensis confirmat. g. XV, 37.

229. —— *die Laurentii (10 aug.).* Rex iura et privilegia Nicolai et Iohannis Ebirszbacher a Iohanne duce Saganensi eis concessa confirmat. g. GL. XV, 36.

230. —— *f. 4 in vigilia Assumptionis V. M. (14 aug.).* Rex testificatur Predborium de Conyeczpole pro Petro Pruszinowski fideiussisse, quod avisione regia accepta eum in 6 septimanis in curia regia statuat. XV, 38.

231. —— „ —— Rex ponit vadium inter Zegotham Suchodolsky, Thomam Krzywsky et Thomam Orchowsky ex una, et Florianum Chrzastowsky, tenutarium bonorum Lopynyk et 12 laneorum, inter Dlugistok et Gysdbyenyecz sitorum, donec granities inter Suchodoli et Lopynyk per commissarios suos speciales iuste limitatae fuerint. XV, 60.

232. —— *f. 6 infra octavas Assumptionis V. M. (16 aug.).* Rex Iohanni Cossmider in controversia cum vectore salis Cvcharz de Grabow terminum 4 septimanarum praefigit. XV, 38.

233. —— „ —— Rex Casparo Seydenhaffter, civi Thorunensi, salvum conductum a violentia in terris Prussiae ad unum annum dat. r. GL. XV, 39.

234. —— „ —— Rex Andreae de Cosczyelyecz, capitaneo Bidgostiensi, aream Bidgostiae, iuxta domum Groth, civis regii, ex parte posteriori versus antemurale castri iacentem, donat. GL. XV, 167.

235. *Posnania, f. 5 ante Bartholomaei (22 aug.).* Data est littera indemnitatis semestralis Slesier rotmagistro pro inscribendo numero equitum et peditum per magnificum Spithkonem de Jaroslaw, palatinum Cracoviensem et capitaneum Leopoliensem. n. XV, 22.

236. —— „ —— Rex Janusch Szwyrczewski rotmagistrum in servitium cum comitiva 212 equitum accipit cum solutione per 10 fl. ad quartuale anni et litteras indemnitatis dat. XV, 39.

237. —— „ —— Data est littera indemnitatis fenestrata Slesier rotmagistro pro inscribendo numero peditum et aliquot equis per mag. Spithkonem de Jaroslaw, palatinum Cracoviensem et capitaneum Leopoliensem, in eadem forma litterae superioris. n. XV, 39.

238. —— „ —— Item datae sunt similes litterae indemnitatis rotmagistris: Jankowski in 170 equis, Petro Lanczski in 170 equis, Hynek in 170 equis, Derslao in 200 equis, Zukowski in 100 equis, sub eadem data, solum quod scriptae sunt a die expirationis primi servitii et missae sunt in manus palatini Cracoviensis in hunc tamen finem, ut si rotmagistri istis litteris indemnitatis, quae scriptae sunt a die conscriptionis non possent conveniri, saltem istis a die expirationis convenirentur. n. XV, 39.

239. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai Cothowski (Chothowsky) villas Chothowycze et Lyssicze de iure polonico in ius theutonicum transfert. GL. XV, 43.

240. —— *in vigilia Bartholomaei (23 aug.).* Rex Beatae de Thanczin, relictae Iohannis Odrowasch de Sprowa, palatini Russiae, 2000 fl. hung. mutuatos in oppidis Antiqua et Nova Sambor cum villis adiacentibus inscribit. XV, 39.

241. —— *sabbato ante Aegidii (31 aug.).* Rex significat, quomodo Nicolaus Coscze-leczsky, praepositus Vladislaviensis, fideiussit Stanislao de Pothulicze eliberare et expedire alias vyczlycz y vywarowacz oppidum Goszlyna cum villa Bodussowo districtus Posnaniensis pro 1600 fl. hung. ipsi Stanislao venditum. XV, 168.

242. —— *f. 6 ante Nativitatis V. M. (6 sep.).* Rex Nicolao Kamyeczky, curiensi suo, castrum et oppida Sanok et Crosno cum villis de manibus Agnetis relictae et Stanislai filii Stanislai Pyenyazek de Wythowycze, capitanei Sanocensis, eximere permittit. XV, 41.

243. —— „ —— Rex Nicolao Widzga, curiensi suo, domum in oppido Rubieschow, post mortem Lathossek ad se devolutam, penes domum Wiotchy et domum plebani iacentem, etiam braseatorium cum horto, post mortem Gregorii Kiepek ad se devolutum, penes praedium Mathiae rasoris et penes hortum Misz, mercatoris rutheni, iacens, iure haereditario donat. GL. XV, 168.

244. —— *f. 3 post Nativitatis V. M. (10 sep.).* Rex testificatur Iohannem Cosmider Magdalenae consorti suae 1000 fl. hung. dotis et dotalitii super villa Vischonow districtus Ostrzeschoviensis et in medietate villae Byala districtus Velunensis inscripsisse. GL. XV, 40.

245. —— *dominica in octava Nativitatis V. M. (15 sep.).* Rex mandat Iohanni Lathalski, exactori fertonum terrae Calissiensis, ut Sandivogio Czarnkowski, castellano Gnesnensi, 1000 fl. hung. sive eorum pensam in pecuniis pro festo Circumcisionis Domini (1 ian. 1494) proxime futuro, ad rationem fertonum terrae Calissiensis, solvat. GL. XV, 127.

246. —— *f. 6 vigilia Matthaei (20 sep.).* Litterae universales regiae de exactione fertonum solvenda, in conventu Piotrcoviensi pro die s. Priscae (18 ian.) laudata. GL. XV, 42.

247. —— „ —— Rex ad petitionem Iohannis de Ostrorog, castellani Posnaniensis, nob. Nicolao Naramowsky, molendinatori Calissiensi, censum annuum 13 marc. super redditibus eiusdem molendini Iacobo de Boxicze, doctori, canonico Gnesnensi, executori testamenti Stanislai Jarandi de Brudzewo, canonici Gnesnensis, vendere permittit. XV, 45.

248. —— „ —— Rex Catherinae de Schamotuli, consorti Nicolai Kosczeleczky, castellani Cruszwiciensis, 3000 fl. in auro, 640 fl. in mediis grossis mutuatos super teloneo aquatico in Przepusth inscribit. XV, 46.

249. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum et Iohannem fratres indivisos de Starczinowo sortes suas in villa Pomorzanowicze districtus Gnesnensis, pro 300 marcis Alberto Dambrowski, haeredi in Wislawicze, vendidisse. GL. XV, 169.

250. —— *f. 4 post Matthaei (25 sep.).* Rex testificatur Iohannem Zyrnyczsky Margarethae, consorti suae, 800 marc. dotis et dotalitii in medietate oppidi Zirnyky, villae Obyeczanowo et in villa Latonina inscripsisse. XV, 41.

251. —— *f. 6 ante Michaëlis (25 sep.).* Rex granities inter bona regalia castrum et civitatem Wschowa et laneum Domyenycze et silvas ad ipsa pertinentes tenutae Alberti Gorski, castellani Landensis et capitanei Wschowensis, ex una, et villas Wloschachonye, Cola et Myasthko Petri de Opalenycza, iudicis Posnaniensis, parte ex altera, per commissarios regios Petrum de Bnyn, episcopum Vladislaviensem, et Petrum Kmytha de Wysnycze, capitaneum Scepusiensem, constitutas et descriptas, confirmat. XV, 44.

252. —— „ —— Datae sunt duae litterae indemnitatis: una pro Pukowski, alia pro Struss, rotmagistris nostris, fenestratae, in forma cancellariae solita, propter ignorantiam nu-



meri comitivarum, a die expirationis primi servitii ad unius quartalis anni decursum servitium huiusmodi computando, et missae sunt in manus palatini Cracoviensis, ut numerum comitivarum inscribere mandasset. n. GL. XV, 41.

253. *Posnania, f. 2 post Michaëlis (30 sep.).* Rex spect. Iohanni Liberhanth, suo et matris suae Elisabeth reginae phisico, fortalitium Lobzow cum villis Nova et Antiqua Lobzow, Nigra platea ac vico piscatorum extra muros Cracovienses pro meritis ad tempora vitae donat. Ad mandatum Regiae Maiestatis per Iacobum de Schydlovyecz scriptum. XVII, 53.

254. —— *f. 4 post Michaëlis (2 oct.).* Rex testificatur Annam Coszczyeleczska, consortem Andreae Opporowski, habens secum Nicolaum Cosczieleczsky, praepositum Vladislaviensem, germanum, Andream de Cosczielecz, capitaneum Bidgostiensem, patruos, et Albertum de Gay, tenutarium in Obornyky, ac Iohannem de Czarne, succamerarium terrae Dobrzinensis, avunculos, recognovisse, quia sibi patrui et fratres eius germani de bonis paternis et maternis satisfecerint. GL. XV, 54.

255. —— *f. 4 post Francisci (9 oct.).* Datus est salvus conductus per Regiam Mtem Adae Schvob huc in Posznaniam veniendi et comitivae suae in viginti equis citra vel ultra tantum a die datae ad decursum duarum septimanarum. n. XV, 46.

256. —— „ —— Datus est consensus Reginali Maiestati ad eximendum censum annuum in zuppis Wyelyciensibus singulis septimanis 24 latos grossos super advocatiam ibidem in Wyelyczka pertinentem. n. XV, 48.

257. —— „ —— Rex testificatur Georgium de Leben praesbiterum advocatiam haereditariam in oppido Zarnow, super se, tanquam nepotem germanum ex sorore, post mortem Iohannis Stankonis, cantoris Sandomiriensis, devolutam, Mathiae Drzewyczki, cantori Sandomiriensi, pro 250 marcis vendidisse. GL. XV, 169.

258. —— *f. 2 ante Hedvigis (14 oct.).* Rex significat Wlodkonem de Sluzewo recognovisse, quia sibi Mathias de Sluzewo, palatinus Iunivladislaviensis, frater suus, pro 400 fl. hung., in tenuta eius Slonko, districtus Junivladislaviensis inscriptis, plenarie satisfecerit. GL. XV, 170.

259. —— „ —— Elisabeth regina nob. Iohanni Liberanth de Melhos, medicinae doctori, fortalicium Lobzow cum Nova et Antiqua Lobzow, Nigra platea et vico piscatorum ad vitam donat et 100 fl. hung. pro reparatione fortalicii praefati in praedictis bonis inscribit. CK. XVII, 54.

260. —— *sabbato ante 11000 virginum (19 oct.).* Rex privilegium super molendinum braseale trium rotarum sub castro Siradiensi, per Casimirum IV regem Iohanni Schostek datum, mortificat, aliudque privilegium et ordinationem quoad instrumentum rotae alias folusch, reformationem rotarum et pogrodky extradit. GL. XV, 170.

261. —— *f. 6 ante Simonis et Iudae (25 oct.).* Rex amicalem compositionem, ordinationem et divisionem bonorum inter Nicolaum et Andream germanos de Cosczelecz, per Iohannem Cosczeleczky, Dobrzinensem, et Petrum de Vola Slonensem castellanos factam, ad petitionem partium confirmat. GL. XV, 48.

262. *Cracovia, f. 5 ante OO. SS. (31 oct.).* Cristino de Bovanthowo, canonico Wladislaviensi, quittancia super 76 marcas et unum fertonem in mediis grossis ac 22 florenos in auro ad rationem telonei aquatici Vladislaviensis. n. XV, 127.

263. *Posnania, f. 2 post OO. SS. (4 nov.)* Rex ad petitionem Iohannis abbatis et conventus Tremeschnensis diminutionem stationis duorum dierum dicto monasterio admittit et 600 fl. hung. in mutuum ab eodem accipit. GL. XV, 50. Eaedem litterae cum data: Posnaniae, f. 3 post Catharinae (26 nov.) ibidem: GL. XV, 55.

264. —— *f. 3 ante Martini (5 nov.).* Rex Januscho Szwyrczowski rotmagistro litteras indemnitatis super 212 equitibus in servitium susceptis dat. GL. XV, 51.

265. —— „ —— Litterae indemnitatis Nicolao Zaleski, quas dare debet in manus Spithconis de Jaroslaw: Jankowski in 170 equis, Petro Lanczki in 170 equis, Hynek in 170 equis, Zukowski in 100 equis, Derslao in 200 equis. In forma simili sub eadem data per eundem Zaleski missae sunt etiam litterae indemnitatis pro Pvkowski et Struss et etiam pro Slesier rotmagistris et eorum comitivis, sed fenestrales, et hoc propter ignorantiam numeri comitivarum ipsorum, quae (!) Regia Mtas litteris specialibus mandavit palatino Cracoviensi etc. rescito certo numero inscribere, prout et in prioribus litteris indemnitatis eorundem rotmagistrorum continebatur, et tandem necessitate se offerente ipsis easdem distribuere. n. XV, 51.

266. —— *f. 6 ante Martini (8 nov.).* Rex testificatur Nicolaum Borek Ossyeczki totam quartam partem bonorum oppidi Gostin, post mortem Mathiae fratris germani ad se devolutam, pro 200 fl. hung. Petro de Opalenycza, iudici Posnaniensi, vendidisse. GL. XV, 52.

267. —— *f. 3 post Martini (12 nov.).* Litterae universales regiae super institutione daciae quartae partis censuum annualium, pro exemptione bonorum regalium in conventu Petricoviensi generali laudatae. GL. XV, 51.

268. *Posnania, f. 3 post Martini (12 nov.).* Nomina exactorum quartae partis censuum. n. XV, 51.

269. —— *f. 4 post Martini (13 nov.).* Rex controversiam inter Thomam Bogdanka molendinatorem Posnaniensem et braxatores cerevisiae ibidem ratione portaturae mediorum grossorum et amphorarum cerevisiae dicto Bogdanka disiudicat. GL. XV, 174.

270. —— *f. 2 ante Elisabeth (18 nov.).* Rex iuria et privilegia civitatis Guren confirmat. g. XV, 54.

271. —— *f. 5 Praesentationis V. M. (21 nov.).* Rex oppidanis de Szwobodzin pannos griseos per ulnas incisos in oppidis Myedzyrzecz et Szkwyrzyna foris annualibus libere vendere permittit. GL. XV, 53.

272. —— „ —— Data est confirmatio iurium et omnium privilegiorum in forma cancellariae solita monasterio in Szombritcz alias Bledzewo ordinis Cisterciensis. n. XV, 171.

273. —— *f. 5 ante Catharinae (21 nov.).* Rex testificatur Stanislaum de Conyeczpole, curiensem regium, inscripsisse et reformasse uxori suae Catharinae, filiae nob. Helt, consulis Posnaniensis, 1000 fl. hung. dotis in villis Dobrkowo, Jaworze, Szlothoria, Mokrzecz, Labuszye et Parkosch, in districtu Pylsnensi terrae Sandomiriensis sitis, 500 vero fl. hung. dotis et 1500 fl. hung. dotalitii in medietate: omnium bonorum suorum mobilium et inmobilium, paternorum et maternorum, villarum, quas in variis terris habet vel habebit, bonorum regalium sive pecuniarum, ei per reges inscriptarum, et etiam eorum, quae sibi iure successionis alias spathkyem provenerint. XV, 58.

274. —— *f. 6 in crastino Praesentationis V. M. (22 nov.).* Datus est salvus conductus nob. Andreae Vnro cum quatuor equis et totidem humanis personis citra vel ultra in forma solita a data praesentium ad decursum 4 septimanarum immediate se sequentium. n. XV, 53.

275. —— *dominica ante Catharinae (24 nov.).* Rex villas suas Graff et Czapel, in terra Gorensi ducatus Glogoviensis sitas, pro villa Ebersdorff, in districtu Sprotaviensi eiusdem ducatus iacente, cum Iohanne et Casparo dictis Abscheczer de Schuchl commutat. GL. XV, 172.

276. —— *f. 2 Catharinae (25 nov.).* Rex hortulanos Nicolai Naramowski, molendinatoris molendinorum Calissiensium, in villa eius Thynyecz, in suburbio Calissiensi sita, et tertiam partem mensurarum, molendinatorem spectantem, subiicit quoad solvendum 13 marcas census Iacobo Boxicza, canonico Gnesnensi, executori testamenti Jarandi de Brudzewo, canonici Gnesnensis, vel beneficio ab eo fundando. GL. XV, 53.

277. —— *f. 3 post Catharinae (26 nov.).* Similis salvus conductus datus est nob. Martino Ponyeczki a data praesentium ad decursum 4 septimanarum immediate se sequentium. n. XV, 53.

278. —— *sabbato Andreae (30 nov.).* Rex Sbigneo de Thanczyn, succamerario Cracoviensi et capitaneo Mariemburgensi, castrum Mariemburg cum villis sub eisdem conditionibus. quae a rege Casimiro constitutae erant, administrandum committit. GL. XV, 55.

279. —— *f. 2 ante Barbarae (2 dec.).* Rex Iohanni Policzski ius exigendi teloneum in villa Policzsko a Praemislo, Poloniae duce, datum confirmat. GL. XV, 172.

280. —— *f. 4 Barbarae (4 dec.).* Rex Sandivogio de Lezenicze, tenutario Junivladislaviensi, villam Glynnyk, districtus Lanciciensis, et sortem telonei Juniwlodzensis in certa summa Derslao de Smogorzow obligare permittit. GL. XV, 56.

281. —— *f. 5 in crastino Barbarae (5 dec.).* Rex privilegium super domo et area in arce Cracoviensi, a Casimiro IV, Poloniae rege, Creslao de Curozwauky in conventione Radomiensi generali f. 6 post Aegidii (2 sep.) anno 1491 donatis, innovat et confirmat. GL. XV, 173

282. —— *f. 6 Nicolai (6 dec.).* Rex certum contractum ratione summarum in bonis regiis Costen et Pobyedzyska inscriptarum cum Uriele episcopo Posnaniensi et Luca de Gorka, nepote eius, initum confirmat. XV, 46.

283. —— „ —— Rex Urieli episcopo Posnaniensi et nepoti eius Lucae de Gorka 3392 fl. hung. in oppido Pobyedzyska cum villis inscribit. GL. XV, 47.

284. —— „ —— Rex pro 2000 fl. hung., quorum 1300 a rege Casimiro et 700 fl. a se accepti sunt ab Uriele de Gorka, episcopo Posnaniensi, eidem episcopo censum annuum 60 marc. a consulibus Posnaniensibus regi annuatim solvendum vendit. GL. XV, 56.

285. —— *sabbato in vigilia Conceptionis V. M. (7 dec.).* Rex sententiam civitatis Posnaniensis et iuris Maydburgensis in causa inter Helenam Michelkowa de Posnania et Claus Finckenn de Maydburgk, ratione summarum in bonis inscriptarum, confirmat. GL. XV, 57.

286. —— *dominica Conceptionis V. M. (8 dec.).* Rex Andream Wurve de bonis in ducatu Silesiae, quae ad se iure feodali devolventur, providere promittit. GL. XV, 58.

287. —— „ —— *f. 2 in crastino Conceptionis V. M. (9 dec.).* Data est renovatio et confirmatio privilegii per mag. Nicolaum de Cuthno, palatinum Lanciciensem et capitaneum Ma-

ioris Poloniae generalem, necnon consules civitatis nostrae Posnaniensis in facto differentiae inter nob. Thomam Bogdanka, molendinatorem molendini sub castro Posnaniensi siti ex una, et braxatores cervisiae civitatis Posnaniensis ex altera partibus dati, pro et super mensura brasei ex eodem molendino a maltura braseorum ac uno medio grosso et una amphora cervisiae a quolibet braseo ex antiqua consuetudine praefato Thomae provenientibus. GL. n. XV, 174.

288. *Posnania, f. 2 in crastino Conceptionis V. M. (9 dec.).* Data est confirmatio litterae cuiusdam hon. Catharinae, consorti fam. Iacobi Wylda, civis et mercatoris nostri Posnaniensis, in forma cancellariae solita magg. et famm. Nicolai de Cuthno, palatini Lanciciensis et capitanei Maioris Poloniae generalis, Andreae de Schmathuli. castellani Calissiensis, Georgii Zethe et Nicolai Peschel, civium Posnaniensium, commissariorum per olim serenissimum dominum Casimirum, regem Poloniae etc., genitorem nostrum carissimum, in quibusdam negotiis partium, in praedicta littera expressarum, deputatorum. n. XV, 174.

289. —— *f. 3 post Conceptionis V. M. (10 dec.).* Rex significat se accepisse ab Andrea de Schamothuli, castellano Calischiensi, possessionem castri Myedzirzecz et oppidi Sqwyrzina cum attinentiis omnesque litteras et inscriptiones ei et praedecessoribus eius per reges Poloniae datas et concessas. XV, 60.

290. *In arce Cracoviensi, dominica ante Nativitatis Christi (22 dec.).* Rex civitatem Proschovycze, quam Casimirus IV rex Hieronimo pincernae Ravensi et Petro germanis de Nowemyasto in 3883 fl. hung. obligaverat, nunc circumspectis Clementi Slonko et Iohanni Powroznyk, civibus Proschoviensibus, sub certis conditionibus obligat. CK. XVII, 56.

291. ..... Nomina exactorum fertonum. XV, 42.

1494.

292. *Cracovia, f. 4 Circumcisionis Dni (1 ian.).* Rex testificatur Iacobum de Myedzygorze, castellanum Chelmensem, bona sua oppidum Ducla cum advocatia in suburbio et villis Lypowicza et Tylowa, districtus Byeczensis, Hieronimo de Cobylany pro 800 fl. hung. iure reemptionis alias nawyderkoff ad tres annos (a 1 ian. 1494) vendidisse. GL. XV, 59.

293. —— *f. 5 post Circumcisionis Dni (2 ian.).* Rex nob. Cristophoro Hermsdorff in 8 equis et totidem hominibus salvum conductum dat. XVII, 56.

294. —— *f. 5 infra octavam Epiphaniae (9 ian.).* Rex ad petitionem Mathiae episcopi Chelmensis cathedram Chelmensem ad civitatem Crasnystaw transferre consentit, duasque domos ibidem pro residentia vicariorum emere admittit, absolvendo easdem domos ab omnibus exactionibus et iurisdictioni ecclesiasticae subiiciendo. CK. XVII, 57.

295. —— „ —— Rex Mathiae de Staralomza, episcopo Chelmensi, domum certam dictam Chomonycz in civitate Camyenyecz pro residentia vicariorum perpetuorum in eadem ecclesia cathedrali Camyenyeczensi emere admittit, domumque eandem ab omnibus exactionibus absolvit et iurisdictioni ecclesiasticae subiicit. CK. XVII, 57.

296. —— *f. 6 post Epiphaniae (10 ian.).* Rex significat Dobeslaum de Slotha, capitaneum Novae Civitatis Korczyn, 1000 fl. hung. dotis et dotalitii Catharinae dictae Sbigneva de Slupcza, uxori suae, in medietate bonorum suorum haereditariorum et regiorum, quae tenuerit, inscripsisse. GL. XV, 175.

297. —— „ —— Rex castrum et capitaneatum Ravensem cum bonis de manibus Vincentiae de Uyasd, palatinae Brzestensis, exemit, eandemque de summis certis quietat. CK. XVII, 58.

298. —— „ —— Rex Vincentiae de Uyasd, palatinae Brzestensi, summam 4000 fl. hung., quam post exemptionem de manibus eius castri et capitaneatus Ravensis, remanserat debitus, pro festo Nativitatis Domini proximo reddere promittit, capitaneatum vero illud cum civitate Ravensi, ac Vola sub Rava, Comorow, Podskarbycze, Regnow, cum omnibus censibus, praediis, exactione duorum grossorum, alias poradlne, teloneo, molendinis. frumentis alias sprzamy natu maiori filio eiusdem Vincentiae Iohanni de Uyasd in gubernationem committit. CK. XVII, 58.

299. —— „ —— Rex summam 1662 marc. et 16 gross., quam post exemptionem bonorum Sanok a Nicolao de Camyenyecz de manibus Stanislai, filii olim Stanislai Pyanaschek de Wythovicze, Sanocensis capitanei, eidem Stanislao remanserat obligatus, super censu 600 marc. in tenuta bonorum Sanok apud praedictum Nicolaum tenutarium inscribit. CK. XVII, 59.

300. —— „ —— Rex Iohanni de Zaklyczyn pro meritis censum annuum septimanalem 12 marc. super bonis advocatiae suae in Mslimycze titulo reemptionis vendit. CK. XVII, 60.

301. —— *sabbato infra octavas Epiphaniarum (11 ian.)* Rex civitatem Croszno vi aquarum vastatam a solutione census annui ratione dealbatorii solvi soliti ad 2 annos absolvit. XVII, 60.

302. —— „ —— Rex Vincentiae de Uyasd, palatinae Brestensi, oppidum Budzyszowy-

cze cum villis de manibus Thomae succamerarii Rawensis ac Dobeslai et Iacobi de Badkowicze germanorum eximere admittit. CK. XVII, 61.

303. *Cracovia, dominica infra octavas Epiphaniarum (12 ian).* Rex specificationem perceptarum de villis, mellificiis seu myodowe, molendinis etc. et expensarum per Iacobum Lyppnyczki, burgrabium Sandomiriensem, pro anno 1493 sibi praesentatam approbat. GL. XV, 60.

304. —— „ —— Rex Iohanni Lassoczski castrum et oppidum Ostrzeschow cum villis de manibus Dobrogostii de Ostrorog, castellani Myedzirzeczensis, eximere permittit. GL. XV, 61.

305. —— „ —— Rex rationem perceptarum et expensarum per Stanislaum Lukowski, procuratorem in Ossyek, pro annis 1492 et 1493 praesentatam approbat. XV, 62.

306. —— *f. 6 ante Priscae (17 ian.).* Rex testificatur Florianum Chrząstowsky de Zaleschany inscripsisse Margarethae, uxori suae, ratione dotis et dotalitii 2000 fl. hung. in medietate et sortibus omnium bonorum regalium et haereditariorum, ad quae divisione cum Nicolao et Iohanne Gnyewosz, fratribus eius germanis, facienda quodlibet ius habuerit, nempe in villis Lopynyk cum scultetia, Olchovyecz, Zaleschany, Karczmy, Karpye, Skovyerzin, Mothycze, Dobyeszchovycze, Pyrzovycze, Tomkovycze, Voyslavycze et Antiqua Kozeglowki. GL. XV, 62.

307. —— *f. 2 post Priscae (20 ian.).* Rex Nicolao de Camyenyecz, curiensi suo, castrum et oppidum Sanok ac civitatem Crossno et capitaneatum Sanoczensem de manibus Stanislai pueri olim Stanislai Pyenyaschek de Wythowicze, exercituum regni capitanei generalis, pro 3250 fl. hung. eximere consentit, quam quidem summam eidem super bonis praedictis inscribit. CK. XVII, 60.

308. —— *f. 2 ante conversionis Pauli (20 ian.).* Maiestas Regia notariatum terrae Sandomiriensis, vacantem per resignationem gen. Pauli de Sborzoua, castellani Czechoviensis, eiusdem notariatus possessoris immediati, gen. Paulo de eadem Sborzoua, illius Pauli nepoti, confert. r. XVII, 64.

309. —— „ —— Rex Stanislao Kmytha de Wysznycze, castellano Premisliensi, villam Dmosczycze in terra Premisliensi sitam de manibus Cleophae, tribuni Snyathinensis, eximere consentit. CK. XVII, 65.

310. —— „ —— Rex Stanislao Kmytha de Wysznycze, castellano Premisliensi, villam Cholowicze tenutae Michaëlis Cholowsky in terra Premisliensi sitam de manibus eiusdem Michaëlis eximere admittit. CK. XVII, 65.

311. —— „ —— Rex testificatur, quia Mathias de Pukynyn nobilibus Michaëli et Mathiae, nepotibus suis, de eadem Pukynyn, certas sortes advocatiae suae in ibidem et bonorum suorum in Rawa, a Thoma de Sadkovycze emptorum, cum omnibus iuribus, a Semovito Seniore, Masoviae duce, super his ipsis bonis in Rawa antecessoribus Thomae praedicti, videlicet olim Mathiae Glynyany haeredi de Ossovycze concessis, resignaverit. CK. XVII, 65.

312. —— *f. 3 Agnetis (21 ian.).* Rex Nicolao de Thargowyska, tribuno Lublinensi, villam Makowyska terrae Chelmensis de manibus Stanislai et Nicolai Zolkyewsky eximere admittit. CK. XVII, 61.

313. —— „ —— Rex civitati Chanczinensi antiqua iura, a praedecessoribus suis concessa, innovat. CK. XVII, 61.

314. —— *f. 4 in crastino Agnetis (22 ian.).* Rex Petro de Curozwyanki, thesaurario regni ac generali Cracoviensi et Osswyanczimensi capitaneo, 9223 fl. hung. in castro, civitate et suburbio Osswyanczimensi, cum villis Dwori, Babicze, oppido Kanthi cum suburbio ac teloneis et cum fluviali teloneo alias plethne in fluvio Ssola, aliisque villis, pro qua exemisset a variis personis bona regia: Byelani, Lanki, Brzescze cum piscina, Budi a Petro Mysskowski, Manowicze a Petro Porambski, Ossyek a Iohanne Mysskowski, Lypnyki a Malchiare Vylczek de Dobranivicza et Schaschowski, censumque Osvancimensem de manibus consulum civitatis Cracoviensis et censum oppidi Kanthi a Petro Fricax, inscribit. GL. XV, 177.

315. —— *f. 4 ante conversionis Pauli (22 ian.).* Rex testificatur, quia Iohannes Amor de Tharnow, castellanus Cracoviensis, Nicodemo de Spyczyn, servitori suo, villam Sdzyeslavicze districtus Cracoviensis donaverit. CK. XVII, 62.

316. —— „ —— Rex Andreae Strasch de Zakrzow, villarum regalium Mssana et Bystrycza ac scultetiae in villis eisdem tenutario, apud quem 1000 fl. hung. in mutuum receperat, facto calculo, 1580 fl. hung. restat debitus, quam quidem summam eidem pro festo Purificationis V. M. proximo (2 feb.) reddere pollicetur, in casu vero non solutionis, summam eandem super molendino civili braseorum Byecensi inscribere promittit. CK. XVII, 63.

317. —— „ —— Rex testificatur, quia Mathias de Pukynyno certas sortes bonorum suorum in Pukynyno et Ravae nepotibus suis, Michaëli et Mathiae de eadem Pukynyno, in 2500 fl. hung. inscripserit. CK. XVII, 66.

318. —— „ —— Rex omnia iura et libertates civibus de Cazimiria, a praedecessoribus suis concessa, confirmat. GL. XVII, 72.

319. —— *f. 5 ante conversionis Pauli (23 ian.).* Rex ad instantiam Mathiae de Staralomza, episcopi Chelmensis, oppidis ecclesiae cathedralis Chelmensis, mensam episcopalem

concernentibus, videlicet: Skarbyeschow, Komow, Pawlow et Sawyn eadem iura et libertates a solutione pontalium et aliorum teloneorum, quibus civitas Chelmensis utitur, admittit. XVII, 62.

320. *Cracovia, f. 5 in crastino Vincentii* (*23 ian.*). Rex consentit, ut Petrus de Vysznycze, capitaneus Scepusiensis, gener Preczlai de Dmoschicza, olim capitanei Scepusiensis, pro summa 1200 fl. hung., per dictum Preczlaum ecclesiae s. Catharinae in Kazimiria, ubi sepultus est, pro anniversario animae eius legata, in villa sua Lypnyky censuum annuum 16 marcarum, per fratres ordinis s. Augustini praedictae ecclesiae percipiendum, emat. GL. XV, 63.

321. —— *f. 6 in vigilia conversionis Pauli* (*24 ian.*). Rex Spithkoni de Melsthyn, castellano Zawychostiensi, oppidi Brzezek haeredi, privilegium olim avo eius super teloneis non solvendis datum confirmat. CK. XVII, 64.

322. —— „ —— Rex Michaëli et Mathiae, germanis de Pukynyn, villam regalem Gluchow, in terra Ravensi sitam, de manibus Mathiae de Pukynyn, secreti cubicularii Casimiri IV regis, eximere consentit. CK. XVII, 65.

323. —— *sabbato conversionis Pauli* (*25 ian.*). Rex civitati Leopoliensi foralia alias thargowe pro restauratione moenium donat, tali conditione adiecta, ut Aynolphus Thedaldi de Florentiis, teloneator Leopoliensis, ad extenuationem arrendae suae nullam iniuriam patiatur. GL. XV, 63.

324. —— *dominica post conversionis Pauli* (*26 ian.*). Regia Mtas confirmavit emptionem census decem et septem marcarum super tota villa Plessow pro fundando altari in ecclesia Beatae Virginis in circulo Cracoviensi Iohanni Przyaczyel, civi Cracoviensi, apud gen. Iohannem Labancz, quae emptio cum consensu regis defuncti est facta in vim reemptionis alias naviderkof. n. XV, 176.

325. —— *f. 2 post conversionis Pauli* (*27 ian.*). Rex testificatur Iohannem Labancz Seniorem, haeredem de Pleschow. $^1/_3$ partem villae Pleschow districtus Cracoviensis Christophoro et Petro, fratribus germanis indivisis de Schidlowyecz, suis germanis sororinis, donasse et inscripsisse. GL. XV, 72.

326. —— „ —— Rex, ad petitionem Iohannis Goly de Pylchowicze nomine puerorum Janussii, Opaviae ducis, oblatam, approbat litteras pergameneas in vulgari bohemico scriptas Annae haeredis de Goricze, Iohannis de Lgotha, Mathiae et Stephani Morzgowski, germanorum de Gedlowinka, Iohannis Milocha de Slavichow, capitanei Wladislaviensis, Barthossii Zdarsy de Rassiczicze et Christophori de Ciachowicze sigillis subappensis sigillatas, sub data in Gorzicze, f. 2 post Assumptionis V. M. (20 aug.) anno 1492, donationem Janussio, Oppaviensi et Rathiboriensi duci, piscinae ad zuppam praefatae Annae in bonis Gorzicze aut Vchilsko in se continentes. GL. XV, 177.

327. —— *f. 3 post conversionis Pauli* (*28 ian.*). Rex, facta ratione cum Spithkone de Jaroslaw, palatino Cracoviensi et capitaneo Leopoliensi, pro redditibus capitaneatuum Leopoliensis, Sczyrycensis, Glynany et Visnensis, ab anno 1490 inclusive ad annum 1494, eidem Spithkoni 566 marc. cum $13^1/_2$ gr. debitas in oppido Sczyrzyecz inscribit. GL. XV, 175.

328. —— „ —— Rex Zavisio Rosa de Borzischowice, succamerario curiae regiae, aggerem piscinae a ripa ipsius haereditatis Syenycza usque ad ripam villae regiae Syennycza, ubi kmeto regius Omisko residet, construendi facultatem dat. GL. XV, 176.

329. —— *f. 4 post conversionis Pauli* (*29 ian.*) Rex testificatur Andream de Oleschnycza, castellanum Sandomiriensem, Catharinae de Pylcza, consorti suae, 2400 fl. hung. ratione dotis et dotalitii in medietate bonorum: castro et oppido Pyadziczow, molendino super fluvio Nida, praedio Strzelcze et villis Sczepycz, Koporynya, Drozegyowicze, in terra Cracoviensi et Sandomiriensi sitis, inscripsisse. XV, 178.

330. —— „ —— Rex Iohanni de Pylcza, palatino Russiae, 1000 fl. hung. debiti pro die Georgii (23 apr.) reddere aut intromissionem in villas Ramizow, Ramizowska Volya, Nisko et Zaossye, districtus Sandomiriensis, dare se obligat. XV, 179.

331. —— *f. 4 ante Purificationis V. M.* (*29 ian.*). Rex, tanquam debitor principalis, et Fridericus tituli s. Luciae in Septemfoliis praesbyter cardinalis, archiepiscopus Gnesnensis et episcopus Cracoviensis, uti fideiussor, debitum 1600 fl. hung. pro festo Michaëlis (29 sep.) reddere aut intromissionem in bona regia Czlumnyky cum villis, terrae Cracoviensis, dare promittunt. XV, 64.

332. —— „ —— Rex, ad petitionem cardinalis Friderici, officium portaturae alias nossiczsthwo in zuppis Wieliciensibus, post mortem nob. Janussii, Casimiri IV regis cubicularii, vacans, nob. Sassyn Trampski, curiensi dicti cardinalis, dat. GL. XV, 178.

333. —— „ —— Regia Mtas vallavit vadium ducentarum marcarum inter nob. Petrum Jahodowski ex una et Marcissium ac oppidanos Suae Mtis de Kamyonka, ut contra personas eorum nihil violentiae attentare, sed pro eorum iniuriis iure experiantur. n. XV, 179.

334. *Cracovia, f. 4 ante Purificationis V. M. (29 ian.).* Regia Mtas mandavit litteris suis genn. Iohanni et Gabrieli germanis de Czudecz, ut post oblationem ad eos earundem litterarum Mtis Suae in una septimana de bonis, videlicet: de medietate oppidi Strzezowo et de toto suburbio oppidi praedicti ac de villis Glynnyky et Baricz, ad ipsum oppidum pertinentibus, in quae se iniecerant violenter, quae gen. Nicolaus Strzezowski, orator in Turciam, ut intelleximus, iuris terrestris ordine, susceperat in curam seu tutoriam, exirent et exequitassent, sub vadio 1000 marc., quod hic Sua Mtas inscribi mandavit. n. XV, 179.

335. —— „ —— Rex significat Zuzannam, uxorem Stanislai Schafranyecz, omne ius suum ad bona post mortem Margarethae, matris suae, in villis Sloczow, Byenyow, Sthrvczyn, Byelyechowscze, Radzylow et Jamstramnyki, districtus Leopoliensis, Annae, uxori Iohannis Camyenyeczki, sorori suae germanae, cessisse. XV, 179.

336. —— „ —— Rex burgrabiatum castri Cracoviensis, post resignationem Nicolai Szeczygnyewski vacantem, Petro Paczanowski confert. XV, 180.

337. —— „ —— Rex Petro Miskowski, castellano Vielunensi, uti magistro curiae reginae Elisabeth, 100 marc. annuae pensionis ex zuppis Cracoviensibus assignat. XV, 180.

338. —— *mense Ianuario.* Rex Iacobo praeposito et conventui canonicorum regularium ordinis s. Augustini in Msthow omnia vetera iura et privilegia et praecipue super teloneum innovat. XVII, 67.

339. —— *sabbato ante Iudica (15 mar.).* Rex emptionem certorum braxatoriorum in Lelow per olim Mathiam de Bnyn, palatinum Posnaniensem, confirmat. XV, 66.

340. —— *dominica post Longini (16 mar.).* Rex testificatur Vincentium et Iohannem fratres dicti Cosczyelyeczski. haeredes de Skampe, oppidum Goslina-templi et villam Boduschow, districtus Posnaniensis, pro 1600 fl. hung. Stanislao Pothuliczski vendidisse. GL XV, 191.

341. —— *f. 2 post Ramispalmarum (24 mar.).* Sigismundus dux, regis Poloniae natus, 1200 fl. hung. ab Abrahamo Czech in mutuum accipit et ad festum Nativitatis Dni (25 dec.) eidem vel tutoribus eius Gregorio de Ludbrancz, regni viecancellario, et Petro Gnyadi, burgrabio castri Cracoviensis, reddere promittit, in casu vero non solutionis intromissionem eisdem in villam regalem Lyssyaticze, districtus Stryensis, tenutae suae dare se obligat. XV, 67.

342. —— „ —— Petrus Kmytha de Vysnycze, marsalcus regni et capitaneus Scepusiensis, necnon Jacobus, Christophorus et Petrus germani de Schidlowiecz pro Sigismundo duce, regio principe, de solutione debiti 1200 fl. hung. Abrahamo Czech fideiubent. XV, 67.

343. —— „ —— Rex Sigismundo duci, germano suo, villam regalem Lyssyaticze Abrahae Czech obligare permittit. XV, 68.

344. —— „ —— Rex marschalcatum regni per mortem Raphaëlis de Jaroslaw, castellani Sandomiriensis, vacantem, Petro Kmytha de Vysnycze, Sandecensi et Scepusiensi capitaneo, confert. XVII, 87.

345. *Nova Sandacz, f. 5 Paschae (3 apr.).* Rex testificatur, quia Iohannes Zaramba de Kalynova curiensis 600 fl. hung. in mutuum apud Iohannem Lassoczky receptos, in bonis suis propriis Gluthow et Malgow districtus Siradiensis inscripserit. CK. XVII, 72.

346. —— „ —— Rex testificatur, quia proceres in palatinatibus Posnaniensi et Calissiensi exactionem vasorum alias czopowe nuper laudatam, pro restauratione castrorum regalium Posnaniensis et Calissiensis a dominica ludica (16 mar.) in terris praedictis ad festum Pentecosten (18 mai) prorogaverint et per universos subditos in palatinatibus praedictis dandam decreverint, quae tamen exactio pro sequela in futurum non sit tenenda. CK. XVII, 73.

347. *In aula Suae Sultanicae Potestatis, 6 aprilis.* Sultanus Bayazit chan, imperator ambarum terrarum Asiae et Europae et marium, significat, quia cum Iohanne Alberto, Poloniae rege, pacem et amiciciam ad decursum 3 annorum fecerit iuramentumque suum in manus Nicolai Strzesowsky, oratoris regii, posuerit. XVII, 86.

348. *Lubowlya, f. 5 post Conductum Paschae (10 apr.).* Rex Stephano de Zapolya, comiti Scepusiensi et palatino regni Hungariae, ad conventum Lewczoviam eunti, salvum conductum super 500 equos et totidem homines admittit. XVII, 73.

349. *Levczovia, f. 6 in crastino Philippi et Iacobi (2 mai).* Rex Adae de Zelen salvum conductum ad festum s. Michaëlis (29 sep.) proximum in 12 equis et totidem hominibus in regno et in terris Prussiae admittit. XVII, 84.

350. —— *f. 2 Rogationum (5 mai).* Rex Zavissio Roza de Borzischowicze, succamerario Chelmensi, tribunatum terrae Cracoviensis, confert. XV, 91.

351. —— „ —— Rex curiam cum area in civitate Petricoviensi, quam olim Iacobus de Dambno, castellanus et capitaneus Cracoviensis, et postea Petrus de Wysnycze, regni marsalcus et capitaneus Scepusiensis, tenebant, Iohanni de Podlodow, castellano Zarnoviensi, iure haereditario donat. GL. XV, 181.

352. *Podolynyecz, f. 5 Ascensionis Domini (8 mai).* Rex ad petitiones rell. Hieronimi, Stephani prioris et totius conventus fratrum ordinis Carthusiensis monasterii s. Antonii in Lechnycz litteras Wladislai II Poloniae regis, Leopoli, f. 4 ante Calixti (10 oct.) anno 1425 datas, continentes in se confirmationem litterarum Hedvigis reginae in Sandecz die Gotardi (5 mai) anno 1393 datarum, item confirmantium litteras Ludovici regis Poloniae et Hungariae in Lipte in festo ad vincula Petri (1 aug.) anno 1381 datas, super ius piscandi in fluvio Dunayecz, approbat. CK. XVII, 84.

353. —— *f. 6 post Ascensionis Domini (9 mai).* Rex Iohanni duci de Zegano salvum conductum in 30 equis et totidem hominibus admittit. R. XVII, 85.

354. —— „ —— Rex villas suas Russdorff, Matisdorff et Dorsdorff in Scepusio a solutione quartae partis census soliti ad spacium trium annorum liberat. CK. XVII, 85.

355. —— „ —— Rex cupricudinem regalem in Nova Villa in Scepusio a solutione census annui unius marcae liberat. CK. XVII, 85.

356. —— „ —— Rex prov. Fabianum Sinavberk de Nova Villa ratione conflagrationis a solutione census proximi anni absolvit. CK. XVII, 86.

357. *Nowa Sandecz, dominica ante Pentecostes (11 mai).* Maiestas Regia ad petita rev. Creslai, regni Poloniae cancellarii, tribunatum Posnaniensem, per mortem Iohannis Sapiensky, iudicis Calissiensis, vacantem, contulit..... (nomen deest) usque ad ultima tempora vitae suae etc. in forma solita. n. XVII, 86.

358. *Cracovia, f. 5 infra octavas Pentecostes (22 mai).* Rex Nicolao Gardzyna de Ludbrancz, castellano Spiczimiriensi, villam regalem Camyona, districtus Calissiensis, de manibus Margarethae, relictae Stanislai de Denow, et filii eius Iohannis eximere permittit. GL. XV, 69.

359. —— *f. 5 ante Trinitatis (22 mai).* Rex, privilegium Casimiri IV regis Iohanni sculteto de villa regia Sczawnycza, ad castrum Czorstyn pertinente, renovando officia eiusdem sculteti et iura determinat. XV, 182.

360. —— *f. 6 Quatuortemporum Pentecostes (23 mai).* Rex testificatur, quia Iacobus Rosnowsky, curiensis regius, 200 fl. hung. in mutuum receptos fam. Frederico Schiling, civi Cracoviensi, pro festo s. Elisabeth proximo (19 nov.) reddere et in casu non redditionis intromissionem ei in villam suam Rogaczowo cum praedio districtus Costensis dare pollicetur. CK. XVII, 86.

361. —— *f. 4 in vigilia Corporis Christi (28 mai).* Rex testificatur Victorinum de Syenno, curiensem regium, uxori suae Elisabeth, filiae olim Iacobi de Dabno, castellani et capitanei Cracoviensis, 4500 fl. hung. dotis et dotalitii in medietate omnium bonorum suorum inscripsisse. GL. XV, 69.

362. —— „ —— Rex significat nob. Warskam, relictam Iohannis Moykowsky, vexilliferi Siradiensis, villas haereditarias Wyaczkovycze, Grabno, Dambrowka, districtus Czchowiensis, Iohanni Zegotha, filio suo, donasse et resignasse. GL. XV, 187.

363. —— *f. 6 post Corporis Christi (30 mai).* Rex testificatur Martham relictam Nicolai Crzikowski de Mykluschowycze recognovisse, quia sibi Raphaël de Rybothycze, sororinus suus germanus, pro omnibus bonis maternalibus, videlicet villis Therschackow, Monyestir et tabernis in littore fluvii Nyestr, in terra Premisliensi consistentibus, ad eandem post mortem matris suae Annae quomodolibet pertinentibus, aequali divisione satisfecerit. XV, 71.

364. —— *f. 6 infra octavas Corporis Christi (30 mai).* Rex inter consules oppidi Voynycz et cmethones de villa Lopvnye et Iacobum Sczekoczsky tenutarium ratione oppressionis et laborum decretum fert, iuxta sententiam commissariorum suorum: Gregorii de Ludbrancz, regni vicecancellarii, et Ambrosii Pampowsky, castellani Rosperiensis. GL. XV, 74.

365. —— „ —— Rex, ad petitionem Iohannis Amor de Tharnow, castellani Cracoviensis, litteras Casimiri IV regis super ductionem roborum e silvis villarum regiarum Odrzechowa et Besszko pro necessitate oppidi Jaczimirz districtus Sanocensis, in conventione Radomiensi, f. 3 ante Margarethae (11 iul.) anno 1469 datum, confirmat. GL. XV, 183.

366. —— „ —— Rex, ad petitionem Iohannis Amor de Tharnow, castellani Cracoviensis, privilegium Vladislai II, Poloniae regis, super locatione villae Bszanka in districtu Sanocensi, in Nepolomycze, f. 2 post Catharinae (27 nov.) anno 1419 datum, confirmat. GL. XV, 184.

367. —— „ —— Rex constitutionem fraternitatis doleatorum Leopoliensium, a consulibus ibidem sabbatho post Purificationis V. M. (4 feb.) anno 1492 factam, confirmat. CK. XVII, 88.

368. —— *f. 2 Marcellini (2 iun.).* Rex Iohannem Sthrauss de Comorow cum 100 equitibus in servitium recipit et litteras indemnitatis ei dat. GL. XV, 80.

369. —— „ —— Rex Iacobum Pukowski rotmagistrum cum 100 equitibus in servitium accipit et litteras indemnitatis ei dat. XV, 80.

370. —— *f. 2 infra octavas Corporis Christi (2 iun.).* Rex Nicolao de Curozwanky,

castellano Siradiensi, de villa ipsius haereditaria Gorzkovicze in terra Siradiensi civitatem erigere et eandem de iure polonico in ius theutonicum maydemburgense transferre consentit et tria fora annualia: pro die Assumptionis V. M., pro die Catharinae, et pro dominica Iudica, septimanale vero pro quolibet die sabbato instituit. CK. XVII, 87.

371. *Cracovia, f. 4 infra octavas Corporis Christi (4 iun.).* Litterae universales regiae de colligenda exactione civili in conventu Petricoviensi laudata. XV, 70.

372. —— „ —— Nomina exactorum exactionis civilis. XV, 71.

373. —— „ —— Rex Nicolao Camyenyeczski, capitaneo Sanocensi, oppidum Thirawa Iacobo Pyenyanzek de Wythowicze, tribuno Sanocensi, in 270 fl. hung. cum omnibus redditibus, solutionibus, silvis vulgariter dictis soszny e, slone, gosczynna ex utrisque partibus montium et cum pascuis scrofarum in faginibus alias bukyew, et avenis ex eis provenientibus alias ospy et cum omnibus fructibus obligare permittit. GL. XV, 71.

374. —— *f. 6 post octavas Corporis Christi (6 iun.).* Rex testificatur Martham, relictam Nicolai Crzikowski de Mikluschowycze recognovisse, quia sibi Raphaël de Riborthycze, sororinus suus germanus, pro omnibus censibus et proventibus e bonis maternalibus Terschakow, Monastir et tabernis in littore fluvii Nistr, in terra Premisliensi iacentibus, per ipsum quoquomodo perceptis, plenarie satisfecerit. XV, 71.

375. —— *f. 3 ante Viti (10 iun.).* Rex oppidanos de Rysdorff, Mathsdorff et Thwaroszna, damnis per Stephauum de Zapolia, palatinum Hungariae et comitem Scepusiensem, affectos, ad 4 annos a censibus liberat. GL. XV, 72.

376. —— „ —— Rex Iacobo Spyerz, tenutario regalis villae Suche Rzepyenyki dictam villam districtus Biecensis in certa summa Iohanni Wythkowski obligare permittit. XV, 73.

377. —— *f. 4 ante Viti (11 iun.).* Rex oppidum Bolemow ab omnibus oneribus et exactionibus ad 8 annos liberat. GL. XV, 74.

378. —— *f. 6 ante Viti (13 iun.).* Rex, ad petitionem Iacobi Morawa, advocati de Layzaysko, privilegia Vladislai II, Poloniae regis, advocatis in Laynzaysko annis 1397 et 1416 data, confirmat. GL. XV, 185.

379. —— „ —— Rex Dobeslao de Curozwanki, palatino Lublinensi, villam Ossyek districtus Wielunensis pro 300 fl. hung. de manibus Petri Miszkowski, castellani Wielunensis, eximere admittit. XV, 187.

380. —— *sabbato ante Viti (14 iun.).* Rex, ad petitionem Dobeslai de Curozwanki, palatini Lublinensis, vexilliferatum minus terrae Siradiensis, post mortem Petri Wanzik vacantem, Iohanni Pothoczki dat. XV, 187.

381. —— *f. 2 in crastino Viti (16 iun.).* Rex Iohanni Comorowski debitum 1100 fl. pro festo Iohannis Baptistae per annum reddere aut intromissionem in villam Skotniki, inter Kazimirz et Skawina, dare se obligat. GL. XV, 73.

382. —— „ —— Rex, ad petitionem Iacobi, prioris provincialis et totius conventus, iura, libertates et privilegia monasterio s. Mariae Clari Montis in Czasthochowa confirmat. GL. XV, 188.

383. —— *f. 4 post Viti (18 iun.).* Rex significat Barbaram, filiam Iohannis Zanyowski, rotmagistri regii, una cum marito suo Iohanne Voynowski villam patrimonii sui Janyowycze, districtus Grabowiecensis, Nicolao Yanyowski, patruo suo, pro 300 fl. hung. et pro equo eunche alias walach vendidisse. GL. XV, 189.

384. —— *f. 5 ante Iohannis Baptistae (19 iun.).* Rex Andreae Czvrylo de Sthoyenycze 1000 fl. hung. debiti pro 24 iun. 1495 in praetorio castri Premisliensis reponere vel introductionem in oppidum Tyssowcze cum villis Mikvlnycze et Klathwi dare se obligat. GL XV, 76.

385. —— *f. 6 post Viti (20 iun.).* Rex, percepta a Petro Stawisky summa 400 fl. hung pro necessitate reipublicae, eidem censum annuum 20 fl. hung. in carbaria Bochnensi pro erigendo hospitali pauperum in oppido Oppathowicz assignat. GL. XV, 189.

386. —— *f. 6 ante Iohannis Baptistae (20 iun.)* Rex et certi fideiussores sui debitun 2000 fl. in spatio 2 annorum Iohanni duci Osvanczimensi et Zathoriensi ac consorti eius Barbarae reddere se obligant. b. XV, 78.

387. —— *f. 2 ante Iohannis Baptistae (23 iun.).* Rex pro 200 fr. hung. censum annuum 10 fl. hung. in carbaria Bochnensi iure reemptionis Petro Sborowsky, tenutario Odolanowiensi, recipiendum assignat, qui census per ipsum Petrum conventui ordinis s. Francisci in Nova Civitate Corczin incorporandus est. GL. XV, 190.

388. —— *f. 4 in crastino Iohannis Baptistae (25 iun.).* Rex vexilliferatum antiquitus institutum cubiculariorum regiorum, per resignationem Savissi de Borzischowycze vacantem, Petro Schidlowyeczki, curiensi suo, dat. GL. XV, 75.

389. —— *f. 5 post Iohannis Baptistae (26 iun.)* Rex villae Baranow monialium s

Clarae monasterii s. Andreae Cracoviae, a stipendiariis desertae, libertatem 12 annorum concedit. GL. XV, 75.

390. *Cracovia, f. 6 post Iohannis Baptistae* (*27 iun.*). Rex Iohanni de Tharnow dapiferatum curiae regiae, post mortem Andrich Kmytha de Vysnycze vacantem, confert. XV, 75.

391. —— *f. 6 ante Petri et Pauli* (*27 iun.*). Rex ad petitionem Spithkonis de Jaroslaw, palatini Cracoviensis et capitanei Leopoliensis, Petro de Svarthow tribunatum terrae Haliciensis, post mortem Iacobi Herborth de Felsthyn vacantem, dat. GL. XV, 76.

392. —— „ —— Rex Iohanni Amor de Tharnow, castellano Cracoviensi, medietatem villae regiae Wroblik alias Targowcze terrae Sanocensis iure haereditario donat. GL. XV, 190.

393. —— *28 iunii.* Rex condiciones pacis cum Bayazito, imperatore Turcarum, a die facti iuramenti ad tres annos confirmat. XV, 128.

394. —— „ —— Iuramentum. Ego Iohannes Albertus, rex Poloniae, etc. iuro, quod omnia scripta in ista littera tenere et servare sine aliqua violatione volo et promitto, ita me Deus adiuvet et haec sancta Dei evangelia, et nullum contrarium exibit a me huius ordinationis, ille autem, qui transgredietur aliquid suprascripti iuramenti, Deus dabit illi convenientem retributionem, sitque dignus Eius poena. n. XV, 129.

395. —— *dominica Petri et Pauli* (*29 iun.*). Rex, ad petitionem Iohannis Amor de Tharnow, castellani Cracoviensis, oppido Tharnov, igne exusto, medietatem telonei Sandomiriensis ad 20 annos dimittit. GL. XV, 76.

396. —— *f. 3 in vigilia Visitationis V. M.* (*1 iul.*). Rex oppido Tuchow Iohannis abbatis Thynyczensis, ratione ignis, libertatem trium annorum ab omnibus exactionibus, concedit. XV, 76.

397. —— *f. 6 post Visitationis V. M.* (*4 iul.*). Rex testificatur Iohannem et Alexandrum germanos de Tharnow Iohanni Straus de Comorow 500 fl. hung. pro die Martini (11 nov.) proximo solvere aut intromissionem in villas maternales Daskowycze et Culykow terrae Chelmensis dare se obligasse. GL. XV, 77.

398. —— *dominica infra octavas Visitationis V. M.* (*6 iul.*). Rex libertatem ab expeditione bellica ad supplicationem Petri de Visznicze, regni marsalci et capitanei Scepusiensis, Nicolao Sanczygnyewski, haeredi castri Wysznycze, a Casimiro IV, Poloniae rege, datam, in personam nob. Lucae advocati Lipniczensis transfert. XV, 77.

399. —— „ —— Rex ad petitionem Vincentiannae, relictae Petri Dunyn, palatini Brzestensis Cuiaviae, bona oppidum Riczivol cum villis, districtus Radomiensis, Pakossio Szwolski, genero eius, in summa capitali obligare permittit. XV, 78.

400. —— „ —— Rex privilegium super $^1/_3$ partem molendini in civitate Wisliciensi penes hospitale, ex commutatione pro laneo agri in villa Cuchari et additione 30 marc. per Urbanum civem de Wislicia cum Nicolao Canya et uxore eius Catharina, confirmat. GL. XV, 190.

401. —— *f. 3 Kiliani* (*8 iul.*). Rex in causa inter Margaretham, ducissam Rathiboriensem et Oppaviensem, et Fridericum Schilling, consulem Cracoviensem, ratione census annui 100 fl. hung. super zuppis Vyelicensibus et Bochnensibus, decretum fert. GL. XV, 81.

402. —— *8 iulii.* Epistola regia ad Bayazit imperatorem Turcarum, qua nob. Iwaskonem in causa restituendorum captivorum missum commendat. R. XV. 129.

403. —— *f. 4 in octava* (*Visitationis*) *V. M.* (*9 iul.*). Rex Nicolao Slabosch de Pvthnowicze, tenutario in Coschicze, molendinum in Coschicze Stanislao Czikowsky de Donathlouicze in 432 fl. hung. obligare permittit. GL. XV, 79.

404. —— *post octavas Visitationis V. M.* (*9 iul.*). Rex testificatur Iohannem et Alexandrum, fratres germanos, filios Iohannis Amor de Tharnow. castellani Cracoviensis, recognovisse, quia a Iohanne Sthruss de Comorow, tenutario Chelminicensi, 500 fl. hung. in mutuum receperint, quos ad festum Martini (11 nov.) proximum solvere vel intromissionem in bona materna Deskovycze super fluvio Vyeprzecz, districtus Chelmensis, ei dare si obligent. GL. XV, 81.

405. —— *dominica Margarethae* (*13 iul.*). Rex Iohannem de Komorow terrigenam ratione servitiorum ab omni iurisdictione cuiuscunque iudicii saecularis in regno Poloniae et signanter in terra Oswancimensi ad decursum unius anni excipit. GL. XV, 79.

406. —— *f. 5 post Divisionis Apostolorum* (*17 iul.*). Rex post factam rationem cum Iohanne Strus de Comorow rotmagistro per Petrum de Curozwanki, regni thesaurarium et capitaneum Cracoviensem, eidem Strus 2650 fl. solvere promittit. GL. XV, 80.

407. —— „ —— Rex Iacobo Pukowski rotmagistro et comitivae eius 2650 fl. pro servitiis solvere promittit. GL. XV, 80.

408. —— *f. 5 Alexii* (*17 iul.*). Rex Sbigneo Kosseczski, haeredi de Kossorzicze, 150 marc. in Viczyrpy et medietate Myrow inscribit. r. GL. XV, 80.

409. —— *f. 4 in crastino Mariae Magdalenae* (*23 iul.*). Rex in causa inter Stanislaum et Iohannem de Czyschow, dictos Bronyschowie, et sororem eorum Agnetem, uxorem Frederici Rum de Camyenyecz, ratione bonorum et dotalitii, decretum fert. XV, 82.

410. *Cracovia, f. 6 Iacobi apostoli* (*25 iul.*). Rex Andream Coszczyeleczski, capitaneum Bidgostiensem, certiorem facit de interpositione vadii 3000 fl. inter oppidanos Bidgostienses ratione subortarum inter eos differentiarum. R. XV, 82.

411. —— „ Rex stationem anni currentis oppidanis de Ropczicze, ut paupertat eorum subveniat, dimittit. GL. XV, 82.

412. —— „ —— Rex in oppido Robczyce districtus Pilznensis forum annuale pro festo Pentecostes instituit. GL. XV, 192.

413. —— *f. 2 post Iacobi ap.* (*28 iul.*). Rex censum 20 marc. ex carnificibus Cracoviensibus iure reemptionis pro 300 fl. hung. Stanislao de Pyotrkow, vicesacristiano ecclesiae s Mariae Cracoviensis eiusque successoribus vendit et Martino Borzimowsky, procuratori Cracoviensi generali, mandat, ut pro eodem censu respondeat. XV, 83.

414. —— „ —— Rex senioribus carnificum Cracoviensium mandat, ut 20 marc. ex censu sibi debito singulis annis Stanislao de Piotrkow vicesacristiano s. Mariae Cracoviensis, solvant. R. XV, 84.

415. —— „ —— Rex Ianussio duci Zeganensi 400 fl. census annui super censibus quos pro festo Michaëlis iudaei Posnanienses et Gnesnenses sibi contribuebant, donat. GL XV, 84.

416. —— *f. 3 ante Petri ad vincula* (*29 iul.*). Rex emptionem et incorporationem ducatus Zathoriensis confirmat. GL. XV, 130.

417. —— *f. 3 post Petri ad vincula* (*5 aug.*). Rex in civitate Bochnensi pro quolibet die sabbato forum septimanale ad vendendas emendasque carnes quorumcunque animalium pro usu humano necessariorum instituit. GL. XV, 192.

418. —— *f. 5 ante Laurentii* (*7 aug.*). Rex carnificibus Cracoviensibus ob damna ab incendio in structuris passa per 100 marc. per 2 annos de censu sibi solvendo dimittit. GL. XV, 85.

419. —— *in vigilia Laurentii* (*9 aug.*). Rex occasione solvendi exactionum e suburbio civitatis Sambor decretum fert. CK. XVII, 90.

420. —— *f. 2 in crastino Laurentii* (*11 aug.*). Rex sententiam commissariorum suorum Petri de Curozwanki, thesaurarii regni et capitanei Cracoviensis, Iohannis de Podlodow Zarnoviensis, Ambrosii Pampowski Rosperiensis castellanorum, et famm. Zayfreth proconsulis, Iohannis Thurzy, Petri Salomon, Georgii Lang, Stanislai Szwarcz et Leonardi, consulum Cracoviensium, in causa controversiae, inter nobb. Augustinum, Catharinam et Sophiam germanos de Szwyncza ex una, et nob. Benedictum Vithkowski parte ab altera, iam dudum ratione advocatiae Drohobicensis in supremo iudicio iuris Magdeburgensis in castro Cracoviensi vertentis, latam et in castro Cracoviensi f. 6 ante Laurentii (8 aug.) datam, confirmat. GL. XV, 193.

421. —— *f. 4 post Bartholomaei* (*27 aug.*). Rex Stanislao Gamrath de Sowoklaski 100 fl. super villa Mrokowa terrae Byeczensis inscribit. XV, 85.

422. —— „ —— Rex Petro de Curozwanki, regni thesaurario et capitaneo Cracoviensi, 937 fl. hung. et 10 gros. debiti (660 fl. hung. pro villa Brzezynki per regem empta et 277 fl hung. pro litteris super teloneo in Kanti redempto) in castro et civitate Osswyanczim inscribit. GL. XV, 85.

423. —— „ —— Rex testificatur Predslaum Slawyensky de Cothussow recognovisse, quia sibi Zavissius Rosa de Borzischowycze, tribunus Cracoviensis ac germani eius Andreas archiepiscopus Leopoliensis et Nicolaus de summis 200 marc. et 50 fl. hung., in villa Stamporzicze, in terra Cracoviensi districtu Xansch sita, plenarie satisfecerint. XV, 91.

424. —— „ —— Rex testificatur Sigismundum de Brzezynki villam Brzezynki terrae Osswyanczimiensis regi, regnoque ac toti Coronae Poloniae pro 1200 fl. hung. vendidisse. GL. XV, 194.

425. —— „ —— Rex in causa inter cives de Cracovia et de Cleparz ratione depositorii mercium, ac propinationis vini et forensis cerevisiae decretum fert. XV, 195.

426. —— *f. 5 post Bartholomaei* (*28 aug.*). Rex Sigismundo Sthosch, curiensi suo, 200 fl. census annui super censibus a iudaeis Cracoviensibus seu Kazimiriensibus solvendis, donat. XV, 86.

427. —— *f. 6 post Bartholomaei* (*29 aug.*). Rex oppidanis de Dobczycze omnia iura, libertates, emunitates, litteras et privilegia ecclesiastica et saecularia, a patre suo et praedecessoribus suis donata, innovat et confirmat. XV, 195.

428. —— *sabbato ante Aegidii* (*30 aug.*). Rex Zavissio Rosa de Boryschevicze, succamerario Chelmensi, succamerariatum curiae regiae, post mortem Derslai de Smogorzow, capitanei Radomiensis, vacantem, donat. GL. XV, 92.

429. *Radom, in conventu generali f. 4 ante festum Matthaei* (*17 sep.*). Rex testificatur, quia Iohannes Ostrorog, castellanus Posnaniensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, me-



dietatem oppidi sui Myedzechod cum medietatibus villarum Mychoczyno, Dzaczelino, Vyelawyesch et villis Strych et Svynarj in Posnaniensi, Gunicze et Soleczna in Pysdrensi districtibus sitis, necnon tres scutellas argenteas continentes 30 marcas argenti, duos crateres argenteos deauratos, 12 coclearia argentea et duas scutellas minores Dorotheae, consorti suae, donaverit et dotaliciaverit ad vitam. CK. XVII, 90.

430. *Radom, medio septembri.* Rex civitati Cracoviensi post ignis exustionem damna passis 18 annos, aliis qui onera portant 8 annos libertatis ab exactione civili novissime instituta et ab aliis exactionibus, dationibus, necnon a solutione scotorum alias szkoczowe et a solutione annuli reginalis donat. XV, 88.

431. —— *dominica Matthaei ap. (21 sep.).* Rex contractum emptionis ducatus Zathoriensis a duce Ianussio et Barbara, consorte eius, approbat. GL. XV, 86.

432. —— „ —— Rex controversiam certam inter Stanislaum Morsthin, advocatum Lubliuensem, ab una, et consules ac cives civitatis eiusdem, ab altera parte, iamdudum ratione certarum querelarum ortam disiudicat, advocatumque praefatum circa vetera iura et praerogativas, per Casimirum IV regem eidem concessas, reservat. CK. XVII, 91.

433. —— *in crastino Matthaei (22 sep.).* Rex ad petitiones Iacobi Morawa, advocati in Lazenysko, quem cives oppidi illius iniuriis afficiebant et proventus ei adimebant, circa proventus advocatiae illius reservat. CK. XVII, 91.

434. *Gyedlna, f. 4 post Matthaei (24 sep.).* Rex testificatur, quia Marcissius, tenutarius oppidi regalis Przedborzs, omnes summas pecuniarias, quas habeat per regem sibi inscriptas, Dorotheae consorti suae more dotalicii inscripserit. CK. XVII, 92.

435. —— „ —— Rex testificatur, quia Marcissius, tenutarius oppidi Przedborzs, volens bonorum suorum in casum mortis facere bonam dispositionem, Iohannem de Pilcza, palatinum Russiae generalem, Iohannem de Przithik, castellanum Radomiensem, Zegotham Suchodolsky et Adam Orlowsky, generos suos, tutores bonorum suorum nominaverit. CK. XVII, 92.

436. *Nowe Myastho, f. 5 post Matthaei (25 sep.).* Rex civitati Leopoliensi igne exustae 10 annos libertatis ab omnibus exactionibus donat. XV, 89.

437. *Rawa, f. 3 Hieronimi (30 sep.).* Rex Iohanni Podlodowski de Przythyk castellanatum Radomiensem, post mortem Stanislai de Schydlowiecz vacantem, donat. GL. XV, 88.

438. —— „ —— Rex oppido Gyezow, igne consumpto, ad petitionem Stanislai abbatis et conventus Lublinensis libertatem 3 annorum ab omnibus exactionibus donat. XV, 90.

439. *Wyskythky, f. 3 post Francisci (7 oct.).* Rex Annae, relictae Alberti Chylinsky, Ravensis et Sochaczoviensis capitanei, quolibet anno per 10 sexagenas ad exsolutionem 40 marc. in mediis grossis Slawiecz de Nyemiglowy, capitaneo Sochaczoviensi, solvere mandat, ratione debiti 100 marcarum eidem Annae per Vladislaum, Masoviae ducem, in villa Wolya Myednyewska inscripti. XV, 88.

440. —— „ —— Item data est littera nob. Barbarae, relictae olim nob. Iacobi Grzyva, pincernae Sochaczoviensis, in eadem forma ut supra, ad capitaneum Sochaczoviensem super 70 marcas quolibet anno per 10 sexagenas eidem solvendas. n. XV, 89.

441. —— „ —— Rex nob. Iohanni Januszowsky 100 marc. certi debiti de proventibus capitaneatus Sochaczoviensis per 10 sexagenas annuatim solvere mandat. XV, 90.

442. *Sochaczew, dominica ante Hedvigis (12 oct.).* Rex ad petitionem Nicolai de Ostrow, palatini et capitanei Lublinensis, de villa eius haereditaria Przethoczno oppidum, quod iure civili gaudebit, erigere admittit. XV, 90.

443. *Cowalye, f. 5 Galli (16 oct.).* Rex ad petitionem Nicolai Radvan, curiensis sui, litteras Mathiae et Vladislai moderni, regum Hungariae et Bohemiae, donationem bonorum Gorzycze in ducatu Sleziae in se continentes, confirmat. XV, 91.

444. *Brzescze Cuyaviense, f. 5 ante Simonis et Iudae (23 oct.).* Rex ad petitionem dignitariorum et nobilium terrae Ravensis, pro die s. Michaëlis (29 sep.) ad mutua consilia capienda et postea in ingressu regio in civitatem Ravensem congregatorum, quosdam articulos, ordinem iudiciorum concernentes, approbat et confirmat. GL. XV, 196.

445. —— *f. 6 post 11000 virginum (21 oct.).* Rex Iohanni Seniori de Damoborz, castellano Rogosnensi et capitaneo Naklensi, mandat, ut non violentiis, sed iure contra Nicolaum Slupski experiatur, vadiumque 400 marc. inter eos interponit. XV, 90.

446. —— „ —— Rex in civitate regia Gostinin forum annuale pro festo Simonis et Iudae (28 oct.) instituit. GL. XV, 196.

447. —— *f. 4 in crastino Simonis et Iudae (29 oct.).* Rex Nicolao Gardzyna de Ludbrancz, castellano Spicimiriensi, villam Glynno districtus Siradiensis de manibus Iohannis Dublinski et uxoris eius Elisabeth eximere admittit. XV, 93.

448. —— „ —— Item datus est alius consensus eidem domino Gardzyna ad eximendas villas, videlicet: Brzeg et Lubola de manibus nobb. Iohannis et Dorotheae, puerorum olim nob. Barbarae de Bvschenyno, in forma praecedenti superius descripta et data aequali. n. XV, 93.



449. *Torunia, f. 6 in vigilia OO. SS. (31 oct.).* Ingressus Maiestatis Regiae in terras Prussiae, primo in Thoruniam regni sui feliciter regnantis anno tertio. n. XVII, 92.

450. —— *f. 3 post OO. SS. (4 nov.).* Rex testificatur Iohannem Cosczeleczski, castellanum et capitaneum Dobrzynensem, defalcasse sibi de tenuta Colensi 200 fl. de summa capitali, declaratque se eum liberum fecisse de stationibus, quas sibi de dictis bonis annis praeteritis teneretur. GL. XV, 94.

451. —— *f. 4 post OO. SS. (5 nov.).* Rex oppidum regium Crassnysthaw cum attimentiis de manibus Iohannis Rzeschowsky, canonici Cracoviensis, Iohanni de Pylcza, palatino Russiae et capitaneo Praemisliensi, redimere admittit. GL. XV, 92.

452. —— *f. 2 in vigilia Martini (10 nov.).* Rex testificatur, quia Iohannes de Domaborz, castellanus Rogoschnensis et capitaneus Naklensis, villam suam Cresthkowo districtus Naklensis Nicolao Orzelsky pro 370 fl. hung. et 40 marc. solidorum monetae prutenicalis, numeri vero polonicalis, titulo reemptionis vendiderit. XVII, 93.

453. —— *dominica ante Elisabeth (16 nov.).* Rex ad petitiones Petri de Curoswanky, castellani Sandomiriensis, thesaurarii regni et capitanei Cracoviensis generalis, Annae Baranowska villam regalem Volya Vylkolasska dictam, in terra Lublinensi et dictrictu Urzadovyensi sitam, de manibus Iohannis Myrzanowsky redimere admittit. XVII, 93.

454. —— „ —— Rex testificatur, quia Barbara de Drzevyanowo, consors Nicolai Boyanowsky de ibidem, eidem marito suo tertiam partem dotis videlicet 200 marc. pol. et 100 fl. resignaverit. XVII, 93.

455. —— *f. 4 Elisabeth (19 nov.).* Rex Nicolao Gardzyna de Ludbrancz, castellano Spicimiriensi, 220 marc. et 200 fl. hung. in bonis Brzeg et Lubola districtus Siradiensis inscribit. XV, 93.

456. —— *f. 6 Praesentationis V. M. (21 nov.).* Rex ad petitionem Nicolai de Cosczelecz, capitanei Thucholiensis, villam Ostrowyte districtus Thucholiensis Iohanni Karnkowski de Gnoyno, vexillifero Bidgostiensi, et Iohanni Jassek de Grabye in 265 fl. hung. obligare admittit. XV, 94.

457. —— *die Clementis (23 nov.).* Rex quitantiam ad Gedanenses de extradendo stamine panni florentini pro 20 fl. hung. Nicolao de Cosczielecz, capitaneo Thucholiensi, dat. XV, 96.

458. —— *dominica ante Catharinae (23 nov.).* Rex testificatur Nicolaum de Kosczelyecz, capitaneum in Tucholya, duas villas Lychnowy et Granowo districtus Tucholiensis circa Choynycze Iohanni Baranowsky, genero suo, in 600 marc. pol. ratione dotis post Dobrochnam, germanam suam, obligasse. CK. XVII, 94.

459. —— „ —— Rex testificatur, Iohannem Baranowsky Nicolao de Cosczelyecz, capitaneo in Tucholya, 600 marc. ratione dotis post Dobrochnam, consortem suam, receptas in medietate omnium bonorum suorum in Dobczyno reformasse. CK. XVII, 94.

460. —— „ —— Rex litteras Casimiri IV regis in conventione Piotrkoviensi f. 4 post Luciae (15 dec.) anno 1484 datas, inscriptionem 200 fl. Georgio Thworkowsky super oppido regali Hamersten in terris Prussiae et districtu Slochoviensi in se continentes, ad petitiones eiusdem Georgii Thworkowsky innovat. CK. XVII, 95.

461. —— *sabbato vigilia Andreae (29 nov.).* Rex iura et libertates Prussiae confirmat. GL. XV, 132.

462. —— „ —— Rex ad instantiam ordinum Prussiae et petitionem Catharinae, relictae Andreae, sculteti in villa Jarnolthowycze, ad castrum regium Radzyn pertinente, iura et venditionem dictae scultetiae approbat. GL. XV, 197.

463. —— „ —— Rex Petro Mysschkowsky pro meritis castellanatum Rosperiensem confert. CK. XVII, 95.

464. —— *f. 3 post Andreae (2 dec.).* Super castellanatum Wielunensem data est littera domino Nicolao Grosczinski per liberam resignationem gen. Petri Miszkowski seu per assecutionem alterius dignitatis, in forma cancellariae solita. n. XV, 95.

465. —— *f. 3 (!) in vigilia Barbarae (3 dec.).* Rex magistro Nicolao de Mnysschewo, decano Ploczensi, qui certam actionem cum Conrado Mazoviae duce habet, salvum conductum admittit. R. XVII, 95.

466. —— *f. 6 in vigilia Nicolai (5 dec.).* Rex testificatur Iohannem Costhka de Rosthkowo, dapiferum Czyechonoviensem, hon. Nawogio dicto Costhka, nato suo, notario regio, 15 marc. argenti in gladio, de manibus nob. Stanislai Kloczsky, molendinatoris in Bidgoscza, recuperatas donat. CK. XVII, 94.

467. —— *sabbato Nicolai (6 dec.).* Rex testificatur Mathiam de Sluzow, palatinum Brestensem, Albertum Pothuliczski de Chodziesch de 2000 fl. hung. per ven. olim Iohannem de Milonicze, fratrem eius, in bonis Grocholno et Gromadno, districtus Kczinensis, inscriptis quietavisse. XV, 95.



468. *Torunia, dominica ante Conceptionis V. M. (7 dec.)*. Rex Stanislao Poczerniczski 60 marc. in 8 laneis villae Sokolow districtus Brestensis inscribit. GL. XV, 95.

469. *Elbing, f. 6 Stephani protomartyris (26 dec.)*. Rex consentit, ut Georgius Knausdorff (Knobelsdorf) in bonis Comornyky, in ducatu Glogoviensi sitis, 300 fl. hung. filiae suae Hedvigi inscribat. GL. XV, 96.

470. —— *dominica Innocentium (28 dec.)*. Rex 300 fl. in mediis grossis a Sbigneo de Thanczin, succamerario Cracoviensi et capitaneo Mariemburgensi, in mutuum acceptis pro festo Nativitatis Domini proxime venturo reddere pollicetur. XV, 96.

471. ..... Oppidum Strzeszowo. Regia Mtas mandavit litteris suis genn. Iohanni et Gabrieli germanis de Czudecz, ut post oblationem ad eos earundem litterarum Mtis Suae, quae ad eos datae erant, sub data: in Cracovia feria 4 ante Purificationis Mariae proxima (29 ian.) anno Domini etc. quarto, in una septimana de bonis, videlicet de medietate oppidi Strzeszow et de toto suburbio oppidi praefati ac de villis Glynyki et Barycza, ad ipsum oppidum pertinentibus, in quae se iniecerant violenter, quae gen. Nicolaus iuris terrestris ordine susceperat in curam seu tutorium, exirent et equitassent sub vadio mille marcarum. Quod in hunc librum Sua Mtas inscribi mandavit. n. XV, 29.

472. . .... Rex Othae de Schemylow 2000 fl. hung. in mutuum acceptos pro medio Quadragesimae anni 1495 in praetorio Thorunensi solvere aut intromissionem in castrum Holub cum pertinentiis dare se obligat (finis deest). XV, 89.

473. ..... Christophorus de Melticz, castellanus in Finsterwalde et in Drenaw haeres, frater germanus et testamenti executor olim Henrici militis de Melticz, Poloniae reges et Gregorium de Ludbrancz, regni vicecancellarium, quietat de 300 fl. hung., dicto Henrico per Casimirum IV Poloniae regem inscriptis, nuncque per Gregorium de Ludbrancz exsolutis. XV, 128.

474. ..... [Bona monasterii Mstow?]. Zaborzyn, ibidem molendinum, Dzvrkow, Wola Szoleczka, Swyessyelycze, Jarnolthowycze, ibidem praedium, Camyen, ibidem praedium, Sathkowycze—de istis villis superius scriptis et oppido Solecz census solet exigi ad summam 70 marcarum; de villis autem, in quibus dacia mellis solet contribui, ad tempus experiri non potuimus. Item de navigio alias sprzewozv census datur XXX marc. cum tribus marcis cum uno talento croci. Item de molendino penes oppidum iacente, dantur XXX marcae cum tribus marcis et uno talento croci. Item duo obstacula in Wysla. Item piscina bona penes oppidum in uno medio milliari. Item stagnum bonum et hicinde alia parva stagna, ad oppidum pertinentia. Item praedium bonum penes civitatem aliquando XXX vel quadraginta acerwi solent in eodem esse. n. XVII, 67.

475. ..... Litterae super Solecz: Vladislai Polonie Hungarie etc. regis date Bude ante Omnium Sanctorum feria 4 etc. 42 (31 oct. 1442) subscripte manu propria domini Regis — 200 marce; Kazimiri regis, relatio Lutkonis, inscriptio Andree de Olesznycza filio racione seruicii prutenici anno etc. 58 Sandomirie infra octavas Epiphanie Domini (7—12 ian. 1458) — 100 mar.; Vladislai Hungarie, Polonie etc. regis date Bude feria 3 Rogationum anno etc. 41 (23 mai 1441) relacio etiam Sczekoczin 367 sexagene lat. gross. pragensium et 141 marc. communis pecunie pro argento et labore eiusdem; Vladislai Hungarie, Polonie etc. date in insula Czepel feria 2 post s. Lamperti anno etc. 41 (18 sep. 1441) relacio Joannis de Conyeczpole cancellarii flor. 500 et 300 marc. communis pecunie; Vladislai Polonie regis date in Colo feria 6 post Joannis Baptiste anno etc. 93 (27 iun. 1393), relacio Vladislai de Opporow, 200 marc. pol.; Vladislai regis Polonie date in Lanczuth sabbato post dominicam Misericordia Domini anno etc. 34 (17 apr. 1434), relacio Joannis de Conyeczpole, 100 marc; Vladislai Hungarie, Polonie date Bude feria 5 Visitationis Marie anno etc. 44 (2 iul. 1444), relatio rev. prepositi, 100 marc.; Vladislai Polonie regis date in loco campestri feria 6 ante s. Stanislai ante villam Swykyr anno 38 (2 mai 1438), relacio Joannis de Conyeczpole, 600 marc.; Vladislai Vngarie, Polonie etc. date Bude feria 2 post Ascensionis anno etc. 41 (29 mai 1441), relacio Joannis de Conyeczpole, 200 marc. pol.; Vladislai Vngarie Polonie etc. date sub castro Albanander feria 6 post s. Dionisii anno etc. 43 (11 oct. 1443), relacio Grusczinsky custodis, 100 marc. pol.; Vladislai Hungarie, Polonie etc. date Bude in vigilia Marie Magdalene feria 3 anno etc. 44 (21 iul. 1444) 300 marc. pro Farurey recepte. Summando summas et pro illis pragensium grossorum sexagenis ponendo 616½ marc. et 8 gros. summarum summa facit 2857 cum media marca et 4 scotos et 500 florenos. In florenos redigendo facit summa 5072 fl. et 8 gr. n. XVII, 68.

476. ..... Rex nob. Stanislao Thursky salvum conductum in 10 equis vel infra et totidem hominibus ad regem veniendi et iustitiam cum gen. Iohanne de Camyenyecz agendi dat. XVII, 87.

477. ..... Rex Elisabeth de Podossye, relictae olim Georgii Strumylo, castellani Leopoliensis, liberam dispositionem bonorum, per maritum praefatum eidem derelictorum, admittit. XVII, 92.

1495.

478. *Mariemborg, dominica ante Epiphaniae (4 ian.).* Rex consentit, ut Paulus Baliczski Sophiae de Pyeskowaskala, uxori suae, dotem et dotalitium in bonis regiis castro Boleslawiecz et villa Woynczino inscribat. XV, 97.

479. —— *f. 6 infra octavas Epiphaniarum Dni (9 ian.).* Rex testificatur Nicolaum Marschowski et Catharinam uxorem eius in bonis Wyelgye Thurze, Wyelgye Boroschewo, Kokoschkowo et Rawalth, districtus Derschoviensis, advitalitatem sibi invicem inscripsisse. XV, 97.

480. —— *f. 4 post octavas Epiphaniarum Dni (14 ian.).* Rex declarat decretum suum in causa certorum civium Bydgostiensium, inter se ligitantium, honori et humanitati Nicolai Vithagowski sociorumque eius non derogasse. GL. XV, 98.

481. —— *f. 5 post octavas Epiphaniae Dni (15 ian.).* Rex Simoni Rawewalth, consuli Elbingensi, villas regales Cunraczwalth et Reychenaw de manibus Bartholomaei Garszo, civis Elbingensis, eximere permittit. XV, 98.

482. —— *dominica Priscae (18 ian.).* Rex Henrico Rychtstern, consuli Elbingensi, 100 marc. (20 grossos solidorum in quamlibet computando) in villa Bungarth, terrae Elbingensis, districtus Kyrsborgensis, inscribit. XV, 99.

483. *Bresth, f. 4 post Purificationis V. M. (4 feb.).* Rex Petro de Curozwanky, castellano Sandomiriensi, capitaneo Cracoviensi et thesaurario regni, pro meritis bona regalia castrum et oppidum Jaworow cum villis, in terris Russiae et districtu Grodeczensi, de manibus Andreae de Schamothulj, castellani Calissiensis, eximere admittit. CK. XVII, 96.

484. —— „ —— Rex oppidum Lowycz ab omnibus teloneis, foraliis sive thargowe et pontaliis alias mosthowe dictis absolvit, confirmando privilegium Casimiri IV regis in eadem causa oppidanis praedictis concessum. CK. XVII, 96.

485. *Torunia, f. 3 Scolasticae (10 feb.).* Rex, innuendo privilegio Casimiri IV regis, civibus de Urzandow transitum harum viarum: per navigium oppidi Szolecz in Radom, et tandem versus Maiorem Poloniam et Vratislaviam aut per Przithik, Odrziwol, Junowlodz, Brzezini et Lanciciam, aut per Skrzyn, Opoczno, Zarnow, et ulterius via rectiori Lublinensi, ad beneplacitum suum permittit. GL. XV, 99.

486. —— *medio Februario.* Rex, iuxta ordinationem patris sui, incolas oppidi Nithich in Insula Maiori siti tantum 300 marc. pruth. census annui ad manus capitanei Mariemburgensis solvere debere constituit. XV, 102.

487. —— *dominica in crastino Valentini (15 feb.).* Rex iura, litteras et privilegia ecclesiastica, spiritualia et saecularia, a praedecessoribus suis civitati Gdanensi donata, confirmat. XV, 198.

488. —— *f. 2 ante Petri ad cathedram (16 feb.).* Rex civitati Mariemborg, ratione reformationis pontis in fluvio Nogath, censum ex hortulanis villae Vogelsang et medietatem censuum ex ipsa civitate sibi solvendorum ad suum adventum in Mariemborg donat. XV, 99.

489. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai Cosczeleczski, capitanei Thucholiensis, villas Strzeczowa et Stimborn, districtus Slochoviensis, in 500 fl. hung. Mathiae Zaramba obligare admittit. XV, 100.

490. —— „ —— Rex Matthaeo Bal de Nowothanyecz castellanatum Sanocensem, post Nicolaum Strzezowski vacantem, donat. XV, 100.

491. —— *f. 5 ante Petri ad cathedrum (19 feb.).* Rex confirmat certam concordiam ratione oppidi Gnyew et villarum adiacentium per certos consiliarios suos inter haeredes Thomyecz de Mlothkowo, capitaneum in Gnyew, et Sebastiani Fogyelweder, mercatoris in Cracovia, institutam (mentionantur labores alias scharwarki et agger generalis alias thama). GL. XV, 102.

492. —— *f. 6 ante Petri ad cathedram (20 feb.).* Rex incolas villae Tralyow, ab olim Kyelbassa episcopo Pomezaniensi locatae, modum et ordinem solvendi censum annuum conservat, hac conditione, ut labores ad praedium regium Laski dictum, excepto labore communis aggeris alias thamy, exerceant. XV, 101.

493. —— „ —— Rex 900 marc. pruth. Corenciae, uxori Laurentii Srank de Noczing, qui in Austriam repatriavit, in villis Magna Trampki districtus Derschoviensis et Smolczino districtus Gedanensis inscribit. XV, 101.

494. —— „ —— Item datus consensus fam. Enrico Krigier, proconsuli Thorunensi, et Rinaldo Ffestelde, civi Gdanensi, super villam Klampin, quam in nobili Haberth Ryman terrigena iudicialiter acquisiverant, in summis eidem Haberth per nostros praedecessores inscriptis. n. XV, 199.

495. —— *f. 6 post Mathiae (27 feb.).* Rex testificatur Stanislaum Russynowski certa bona a patre suo accepisse (initium deest). XV, 102.

496. —— *f. 4 post Reminiscere (18 mar.).* Rex fratri suo Sigismundo telonea Po-

snaniense et Costense, quae idem dux Sigismundus in 4300 fl. hung. de manibus Iohannis Swidwa, palatini Posnaniensis, et Andreae, castellani Calischiensis, fratrum de Schamotuli, propriis pecuniis exemerat, in tenutam et usum dat et confert. GL. XV, 104.

497. *Torunia, f. 4 post Reminiscere (18 mar.).* Rex consentit, ut Petrus de Wrzesczowska Volya, vexillifer Sandomiriensis, villam Crolewska Volya, sibi a hon. Adamo Syedlkowsky obligatam, cuicunque subdito regio, reobliget. GL. XV, 105.

498. —— *f. 6 ante Oculi (20 mar.).* Rex in oppido Swyecye forum annuale pro die s. Nicolai (6 dec.), septimanale vero quolibet die sabbato instituit. GL. XV, 199.

499. —— *sabbato ante Oculi (21 mar.).* Rex testificatur Iacobum Costhka de Stambarg una cum filiis Petro et Stanislao, cavendo pro ceteris filiis et filiabus, 300 marc. pruth. et medietatem villarum Svyathe et Waldowko, terrae Culmensis, Nicolao Brochoczski, genero suo, et Catharinae, filiae suae, uxori eiusdem Nicolai, ratione dotis resignasse. GL. XV, 199.

500. —— „ —— Rex significat Catharinam, filiam Iacobi Costhka de Stambark, uxorem vero Nicolai Brochoczski, omnibus bonis paternis et maternis se abdicasse. GL. XV, 201.

501. —— *f. 2 post Oculi (23 mar.).* Rex Gregorio Brant, civi Gedanensi, 150 marc. pruth. in 4 laneis in villa Kosczielyeczkie inscribit. GL. XV, 106.

502. —— *f. 4 Annuntiationis V. M. (25 mar.).* Rex quietat Sbigneum de Thanczin, succamerarium Cracoviensem et capitaneum Mariemburgensem, de omnibus censibus annorum 1485—1494, testificaturque se ei debere 1961 fl. hung. 8 gr., quos pro festo Nativitatis Domini proximo solvere se obliget. GL. XV, 105.

503. —— „ —— Rex Laurentio Dambrowski pratum dictum Wirthlie, inter villas Morlenhol et Rosthaw, districtus Gedanensis, quod uxor eius a patre Christophoro de Woyanow, castellano Gedanensi, acceperat, in tenutam et usum dat. XV, 105.

504. —— *f. 3 post Laetare (31 mar.).* Rex Lodwico Grober de Cracovia, civi Thorunensi, molendinum Serre in fluvio Lyssowska struga, non longe a castro Holub, certis sub condicionibus aedificare admittit (mentionantur asseres alias tarczicze). GL. XV, 106.

505. —— „ —— Data est confirmatio in forma cancellariae solita omnium et singulorum iurium monasterio Corunow. n. XV, 199.

506. —— *mense Martio.* Advocatus in Pobyedzyska ad mandatum Regiae Mtis reposuit litteram super advocatiam suam, quae videtur esse rasa et abluta, et in eodem pargameno viceversa de novo scripta, cuius sigillum in zona tenui sericea rubra seu brunatica ceraque seu sigillum in aliquot partes confractum, sub titulo Przemislai, ducis Poloniae Maioris, de data ibidem in Pobyedziska anno Domini 1258 in die Purificationis Beatae Mariae, quam ven. Gregorius vicecancellarius protunc, dum reproducta est, propria manu subscripsit. n. XV, 107.

507. —— *f. 5 ante Iudica (2 apr.).* Rex fratribus de Mariae Paradiso ordinis Carthusiae villam Prokow donat. GL. XV, 200.

508. —— *dominica Iudica (5 apr.).* Rex concordiam inter proconsulem, consules et communitatem ac certos cives Bidgostienses per commissarios suos institutam sub vadio 1000 fl. hung. observare iubet (mentionantur exactiones regiae tam czopowe, quam czyzowe, et picarium alias cubek). XV, 107.

509. —— *f. 4 ante Ramispalmarum (8 apr.).* Rex testificatur Nicolaum Cosczyelyeczsky, capitaneum in Swecze et Tuchola, recognovisse, quia 330 fl. hung. Petro Rawenwalth et Iohanni Brige, civibus Gedanensibus teneatur, quos certis temporibus solvere se declarat. GL. XV, 108.

510. —— *sabbato ante Ramispalmarum (11 apr.).* Datus est consensus nob. Andreae Glynski ad eximendam villam regiam Roborzymo, in terra Pomeraniae sitam, in 120 marc. pruth. in eadem inscriptis, de manibus fam. Iohannis Lemen, civis Gdanensis. n. XV, 110.

511. —— *dominica Ramispalmarum (12 apr.).* Rex Sasino Trampski, tribuno Gostinensi, in casu non solutionis ad festum Assumptionis V. M. (15 aug.) proximum summae 1600 fl. hung. intromissionem in oppidum Czlumnyki dare promittit. XV, 110.

512. —— *f. 2 post Ramispalmarum (13 apr.).* Rex Margarethae Paluczina, relictae Nicolai Paluka, 1300 fl. hung. in villa Mursinowo districtus Junivladislaviensis inscribit, dempta inscriptione partis eiusdem summae in villa Nowa Wiesch ibidem sita. XV, 110.

513. —— *dominica post Stanislai (10 mai).* Rex Iohanni Gnyady de Zabyerzow, cubiculario suo, burgrabiatum castri Cracoviensis, post patrem eius Petrum Gnyady de Zabyerow vacaturum, in vim gratiae exspectativae donat. GL. XV, 111.

514. —— *f. 4 ante Sophiae (13 mai)* Rex testificatur Iohannem canonicum Wladislaviensem, Iacobum scholasticum Cruschwicziensem, Paulum capitaneum in Grodzancz et Nicolaum dapiferum Brzesthensem, haeredes de Sokolow, certam divisionem bonorum inter se fecisse. GL. XV. 201.

515. —— *f. 5 ante Sophiae (14 mai).* Rex testificatur Paulum Sokolowsky, capitaneum in Grawdentcz, se certo modo obligasse ad exsolutionem 700 fl. hung. ad manus olim Iohan-

nis, capitanei in Grawdentcz, fratris sui, per olim Iohannem Zak de Zelholth repositorum et a filium eiusdem minorennem Georgium Zak iure successionis devolutorum. XV, 116.

516. *Torunia, f. 3 post Sophiae (19 mai).* Rex Iohanni de Pilcza, palatino Russiae et ca pitaneo Premisliensi villam Poramba Szdziezicza, quae quondam ad Zarnowiecz terrae Craco viensis pertinebat, de manibus Nicolai Pieniazek eximere permittit. XV, 112.

517. —— *f. 4 ante Urbani (20 mai).* Rex certam concordiam, per commissarios suo inter Mathiam Pfeylesdorff, capitaneum Stargardiensem, ab una, et fratrem eius Silvestrum a virginem Gertrudam, ab altera parte constitutam in omnibus articulis confirmat. XV, 112.

518. —— „ —— Rex oppidanos de Gambycze a solutione foralium et teloneorui per totum regnum absolvit. XV, 116.

519. —— „ —— Rex in oppido Gambicze terrae Cuiaviae forum annuale pro die Ph lippi et Jacobi (1 mai) denuo instituit. GL. XV, 202.

520. —— *f. 2 Urbani (25 mai).* Rex Ambrossio Pampowsky, palatino Siradiensi, ri pam villae regiae Morzinowo districtus Pisdrensis, tenutae Stanislai Cziszwiczsky, villae eiu haereditariae Pelczino adiacentem, iure haereditario donat. XV, 203.

521. —— *f. 4 vigilia Ascensionis Dni (27 mai).* Rex decretum certorum commissa riorum suorum, Posnaniae, feria 2 post Reminiscere (19 mar.) anno 1492 latum, in causa inte Catharinam, uxorem Iacobi Vilda, civis Posnaniensis, et fam. Szwach ratione 400 fl. hung. con firmat. GL. XV, 115.

522. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum Blandowski Zavischa Sophiae, filiae Tho mae de Sadkowicze, succamerarii Ravensis, consorti suae, 700 fl. hung. dotis et dotalicii supe medietate villarum Golosche et Vola Rudna, districtus Ravensis, Lednycza Parva et Magna, Iur kow, Slawkowicze, Dobra, terrae Cracoviensis, et omnium bonorum suorum inscripsisse. GI XV, 119.

523. —— „ —— Rex gen. Iohanni Thyrnka de Raczyborowicze domum regiam prop ecclesiam s. Stephani in acie iuxta portam, qua iudaei ante exustionem ab ecclesia praefat claudebantur, Cracoviae sitam, quam antea iudaea Moyseschowa tenebat et inhabitabat, cum tot area et structuris, iure haereditario donat. GL. XV, 204.

524. —— *f. 5 Ascensionis Dni (28 mai).* Rex consentit, ut Iwasko armenus, cubicu larius suus, villas regales Kozicze et Giemielino, districtus Leopoliensis, Petro Odnowski obli get. GL. XV, 114.

525. —— „ —— Rex civitati Premisliensi exusto libertatem 12 annorum ab omnibu exactionibus et solutionibus donat. GL. XV, 114.

526. —— „ —— Rex Iohannem et Casparum Schethlewsky in possessione villarur Grabowno et Sopolewo, ducatus Glogoviensis et districtus Gorensis, in quibus 1800 fl. hung. in scriptos habent, defendere promittit; si vero hoc non fecerit, extunc illis villam Abersdorff di strictus Sprothaviensis restituere et inscriptionem dictae summae in eam transferre obligatus erit XV, 124.

527. —— *f. 6 in crastino Ascensionis Dni (29 mai).* Rex testificatur Iohannem Wyan czlawski fideiussisse 20 marc. pro Nicolao Cossczyeleczski, capitaneo Thucholiensi, quas ider Nicolaus Margarethae Paluczyna pro festo Pentecosten proximo (7 iun.) solvere promisisset; i casu non solutionis debiti Iohannes Wyanczlawski praedictae Margarethae censuum annuum marc. in villa sua Skarbimirzycze inscribere debebit. XV, 114.

528. —— „ —— Rex mandat, ut currentia ex lacu Drusna flumina clausulis aut kew thelis de uno littore in aliud per transversum obstruantur. GL. XV, 115.

529. —— *mense Maio.* Rex liberum transitum circa pontem Mariemburgensem versu civitatem Elbingensem mercatoribus cum mercantiis struibusque lignorum euntibus confirmat XV, 205.

530. *Brzesth Cuiaviae, f. 6 ante Pentecostes (5 iun.).* Rex Barbarae relictae Vincenti de Skampe, succamerarii Dobrzinensis, medietatem villae Staroripiny in 125 marcis Gregorio d Chluchowo et consorti eius Barbarae obligare admittit. GL. XV, 124.

531. —— „ —— Rex Ulrico Bohemo scultetiam 6 mansorum in villa regia Nova wyesch, terrae Culmensis districtus Holubiensis, in 60 marcis iure haereditario donat. XV, 203

532. *Gostynyn, f. 3 Pentecostes (9 iun.).* Rex certam concordiam, per commissario suos inter pueros nobilis Czesthek de Damnycza et Stiborium Clinsky, iudicem Tucholiensem ratione villae Moschyna districtus Slochowiensis factam, confirmat. XV, 117.

533. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum Crostowski Annae, consorti suae, 300 fl hung. dotis et dotalicii in medietate villae Crosthowo et omnium bonorum suorum inscripsisse XV, 118.

534. —— „ —— Rex Iohanni Dambrowski, castellano Culmensi, castrum Radzin cur villis de manibus quorumcunque tenutariorum eximere admittit. XV, 124.

535. *Gostynyn, f. 3 Pentecostes (9 iun.).* Rex hortum molendini regii ad castrum Gostinense adiungit, molendinatori vero Mathiae Samp alium hortum ex parte civitatis possidendum donat. GL. XV, 204.

536. *Sochaczow, sabbato ante Trinitatis (13 iun.).* Rex testificatur Nicolaum Lubyathowski, venatorem Siradiensem, Evae filiae Iacobi Drzewyczski, castellani Zarnoviensis, uxori suae, 400 fl. hung. dotis et dotalicii, accedente ad id consensu Mathiae Drzewyczski, cantoris Sandomiriensis, fratris germani, in medietate villarum Lubyathowo et Zakrzewo, districtus Pyotrcoviensis, ac Vykno, districtus Brzezinensis, inscripsisse. XV, 117.

537. *Wyskythki, f. 2 Petri et Pauli (29 iun.).* Rex testificatur Barbaram, relictam olim Stanislai de Goslub, dapiferi Lanciciensis, recognovisse, quia omnia bona quaecunque super eam post mortem Iohannis Czyzowski matris, videlicet mag. Barbarae antiquae Czyzowska, relictae Iohannis de Czizow, castellani Cracoviensis, devoluta fuissent, filiis suis Iohanni, Stanislao et Nicolao cesserit et resignaverit. GL. XV, 113.

538. —— „ —— Rex ad petitionem Stanislai, Andreae, Simonis, Pauli et Iacobi, filiorum olim Iohannis Kaszky, subiudicis terrestris Sochaczoviensis, articulos certi privilegii super 6 mansos et super pascuum alias pasthewnyk in villa regali Kaszki districtus Sochaczoviensis, dicto Iohanni per ducem Semovitum dati, sed casu exusti, confirmat. GL. XV, 205.

539. —— *f. 3 ante Visitationis V. M. (31 iun.).* Rex Mathiam Glowaczski, tribunum maiorem et capitaneum Siradiensem, collectorem in terra Siradiensi, Wyelunensi et Ostrzeschowiensi, de receptione exactionis fertonum 2015 marc. et 3 gr., exactionis $^1/_4$ partis censuum 1305 marc. et 3 gr. et exactionis civilis (exceptis civitatibus Wielvn, Brzesznycza et Vnyeyow, quae protunc libertatem habebant) 583 marc. et 18 gr. quietat. GL. XV, 119.

540. —— „ —— Rex, accepta ratione capitaneatus Siradiensis a Mathia Glowaczski, tribuno maiori et capitaneo, incipiendo ab intromissione eius, id est, a festo Assumptionis V. M. (15 aug.) anni 1489 ad datam praesentium, 190 marc. eidem capitaneo debitas ex proventibus dicti capitaneatus solvendas demonstrat. GL. XV, 120.

541. —— „ —— Rex granities inter bona sua Viszkythky terrae Sochaczoviensis et Squyernyewicze cum villis archiepiscopatus Gnesnensis, per commissarios suos Iohannem de Pylcza, palatinum Russiae, Andream de Olesznycza Sandecensem, Nicolaum de Strzewo Wisliciensem, Slawicz de Nyemydlow Sochaczoviensem castellanos et Sbigneum de Thączyn, succamerarium Cracoviensem et capitaneum Mariemburgensem, descriptas, confirmat. GL. XV, 208.

542. —— *mense Iunio.* Conventio terrestris in Radzyeyow pro festo s. Jacobi proximo (25 iul.); item terrae Cuyaviensis, videlicet: Bresthensis cum districtibus Predeczensi, Cowaliensi et Radzyeyoviensi, et terrae Juniwladislaviensis cum districtu Bidgostiensi, terraeque Dobrzinensis cum suis omnibus districtibus debent constitui cum toto apparatu bellico circa oppidum Lypno pro festo s. Laurentii proximo (10 aug.); item terrae Mazoviae, videlicet: Ravensis, Sochaczoviensis et Gostinensis cum earundem omnibus districtibus similiter debent constitui cum toto bellico apparatu circa oppidum Gambyn pro eodem die s. Laurentii. n. XV, 113.

543. *Rawa, f. 5 in octava Visitationis V. M. (9 iul.).* Rex ad petitionem consulum sumptibus eorum et civitatis pontem ligneum per fluvium Vysla sub civitate Thorunensi aedifare permittit, salvis iuribus regni, redditibus ex navigio et libera fluitatione quarumcunque navium. GL. XV, 120.

544. —— „ —— Rex Georgio de Adamowicze molendinum regium in oppido Msczonow, circa novum aggerem, inferius curiam plebani ruinosum eius sumptibus propriis restaurare certis sub conditionibus admittit. GL. XV, 206.

545. —— *sabbato ante Margarethae (11 iul.).* Rex, ad petitionem Jarandi de Brudzewo, curiensis sui, in oppido Brudzewo districtus Coninensis forum annuale pro festo s. Margarethae (13 iul.), septimanale vero pro quolibet sabbato instituit. XV, 207.

546. —— *f. 4 Divisionis Apostolorum (15 iul.).* Rex testificatur Thomam Glowyensky Catharinae filiae Nicolai Qwyathkowsky, vexilliferi maioris Siradiensis, uxori suae, 200 fl. hung. a patre eius acceptos et 100 fl. hung. a Iohanne Qwyathkowsky presbitero, patruo uxoris suae, ratione dotis acceptos et 300 alios fl. hung. ratione dotalicii super medietate sortis suae in oppido Glowno terrae Ravensis et in medietate villarum Walawycze terrae Sochaczoviensis omniumque bonorum suorum mobilium et immobilium inscripsisse. GL. XV, 113.

547. —— *f. 2 post Iacobi (27 iul.).* Rex litteras concordiae, per commissarios suos inter Iacobum Oblap de Golyni et Nicolaum Jarzyna de Bandrogowo ratione bonorum factae, Rawae feria 3 infra octavas Visitationis V. M. (7 iul.) anno 1495 datas, confirmat. GL. XV, 123.

548. —— *f. 3 post Iacobi (28 iul.).* Rex Vincentio Dambski villam Pnyewy districtus Brzestensis in 20 marcis solidorum obligare admittit. GL. XV, 123.

549. —— „ —— Rex consentit, ut Iohannes de Chodecz, curiensis regius, bona sua haereditaria cuilibet subdito regni fideli saecularis vel spiritualis status (ad decennium tantum) obligare possit. GL. XV, 125.

550. *Rawa, f. 4 ante Petri ad vincula (29 iul.).* Rex Iohanni Lenko, tribuno Ravensi, piscinam et molendinum in fluvio Lubocza versus villam regiam Bobrowcze exigere et construere admittit. GL. XV, 121.

551. *Ploczko, f. 5 ante Assumptionis V. M. (13 aug.).* Rex emptionem residuitatis certorum agrorum in Raczansz, a quondam duce Vladislao coco eius donatorum, de manibus Margarethae de Vyschogrod, consortis Iacobi Parzimyaszo per Jacobum, suffraganeum Plocensem et plebanum in Raczyasz, confirmat. R. XV, 121.

1496.

552. *Sandomiriae, f. 3 in crastino Prisce (19 ian).* Ex mandato Regiae Mtis Beata de Thanczin, olim Andreae Odrowansch de Sprowa, palatini Russiae et tenutarii in Sambor relicta, suo et liberorum nomine comparens in termino hodierno coram Maiestate Sua, produxit originaliter litteras et inscriptiones, ex quibus summa iuste inscripta in florenos redacta videtur continere 24029 fl. et 6 gr. n. XVII, 100.

553. —— „ —— Rex Nicolao Biechowski terrigenae, qui villas regales Plaw et Plawska Wolya districtus Sandomiriensis in summa 148 marc. 16 gros. et 422½ fl. hung. in arrenda tenuit, summam eandem super villa regali Thuschow districtus praefati inscribit. CK. XVII, 100.

554. —— *f. 4 post conversionis Pauli (27 ian.).* Rex testificatur se certam summam Iohanni Odrowasch de Sprowa, palatino Sandomiriensi, in tenuta Samboriensi per Casimirum IV regem litteris de data: Coszyncze, f. 4 ipso die Elisabeth (19 nov.) anno 1466 inscriptam, de manibus Beatae de Thanczin, relictae eiusdem Iohannis Odrowąsch et ipsius filiorum Hieronimi et Iohannis redemisse. CK. XVII, 101.

555. —— *f. 6 ante Purificationis V. M. (29 ian.).* Rex nonnullos agros in bonis regalibus Huhcicze, per Georgium et Stanislaum fratres Radylowskye occupatos et nunc recuperatos, praediis regalibus in Sambor incorporat et decimam manipularem grani frumentarii alias syep dictam ecclesiae s. Iohannis Baptistae in Sambor in manus moderni plebani Iohannis Crowiczskj et eius succedancorum solvendam decernit. CK. XVII, 101.

556. —— „ —— Rex forum carnium septimanale qualibet feria 5 in oppido Sambor instituit cum conditione exactionis foralium pro castro regali ad instar civitatis Premisliensis et insuper oppidanis Samboriensibus dealbatorium alias blech in planiciebus suburbii aedificare permittit. CK. XVII, 102.

557. —— *f. 4 Scholasticae (10 feb.).* Rex ad petitiones Iohannis rectoris parrochialis ecclesiae in villa Mrowla mensae regalis, unam et mediam quartam agri kmethonalis adiacentis ecclesiae praefatae ob inopiam eius annexit. CK. XVII, 102.

558. —— „ —— Rex discordiam inter famosos Albertum Paulum Pawlijk, Iohannem Konopka, Stanislaum Zenek et Raphaëlem, advocatos Sandomirienses, ex una, et carnifices eiusdem civitatis, ex altera partibus, ratione census, quem advocati a carnificibus petebant, ratione Cutilow et aedificationis macellorum ortam, disiudicat. XVII, 103.

559. —— „ —— Rex duci Sigismundo, germano suo, bonorum regalium Pothylycz tenutario, advocatiam ibidem in 400 marc. pol. redimere admittit. XVII, 103.

560. —— „ —— Rex discordiam certam, ratione pascuorum et rubetorum, sitorum inter villas Podlansze, Skothnyky et Boguria, inter Martinum de Scothnyky, subdapiferum et iudicem terrae Sandomiriensis, ex una, et Dorotheam de Conarj, relictam olim Iacobi Scothnyczky de Podlansze, ex altera parte, ortam, disiudicat. XVII, 104.

561. —— „ —— Rex commutationem villarum Pelczyska, Camyona et desertae Byskupycze in districtu Wyslyczіensi prope fluvium Nida per principem Fridericum, cardinalem, archiepiscopum Gnesnensem, primatem et episcopum Cracoviensem, germanum suum, pro villis Lanthowicze ac Byadolyny, Nicolai Plechowsky haereditariis, in districtu Pilsnensi sitis, cum additione 200 marc. pol. factam, confirmat. XVII, 104.

562. —— „ —— Rex in causa, intes famosos Albertum Paulum Pawlik, Stanislaum Zenek et Iohannem Konopka advocatos, ex una, et Iohannem Bank, Petri filium, civem Sandomirienses, ex altera parte, ratione certae strugis lignorum, alias wanczosszy ortam, decretum fert. XVII, 105.

563. —— „ —— Rex, ad petitionem Nicolai praepositi et fratrum domus hospitalis s. Spiritus in Sandomiria, villam ipsorum Scepanow in terra Lublinensi, propter remotam distantiam, pro villa Wyeprzky in terra Sandomiriensi in vicinitate sita, cum Victorino et Iohanne germanis de Golegorj, de consilio et scientia Martini magistri et praepositi domus hospitalis s. Spiritus Cracoviensis, commutare permittit. CK. XVII, 103.

564. —— *f. 6 ante Valentini (12 feb.).* Rex litteris universalibus dignitariis regni

mandat, ut ex civibus Sandomiriensibus, in quaslibet civitates cum mercibus euntibus, praesertim in civitatibus et locis teloneorum: Gnesnae, in Colo, Cleczow, Budysschewycze, Bolyeszlawiecz, Vyelun, Radomskye, Przedborzs et Malogoscz, teloneorum solutionem nullomodo extorqueant. CK. XVII, 105.

565. *Sandomiriae, f. 6 ante Valentini (12 feb.).* Rex in causa inter proconsulem et consules, ex una, et Albertum Paulum Pauwlik, Stanislaum Senek et Iohannem Konopka, advocatos Sandomirienses, parte ex altera, pro censibus ulnarum alias ab incisis pannis per eosdem advocatos petitis orta, decretum fert. XVII, 105.

566. —— „ —— Rex Nicolao de Curozwanky, castellano Siradiensi, summam 1000 fl. hung., quam apud eum Casimirus IV in mutuum pro necessitate reipublicae receperat, super bonis regalibus Brzesnycza, tenutae illius, inscribit et Andream Roza, archiepiscopum Leopoliensem, de cautione fideiussoria ratione debiti praedicti liberat. CK. XVII, 106.

567. —— „ —— Datus est vexilliferatus terrae Haliciensis, vacans per mortem olim Iohannis Jeczmyen Rossznyowsky, Iohanni de Balyncze ad superioris dignitatis assecutionem, aut si non fuerit consecutus superioris dignitatis sedem, extunc ad tempora vitae extrema possidendus. n. XVII, 107.

568. *In conventione generali Pyotrkoviensi, f. 6 ante Oculi (4 mar.).* Rex testificatur, quia Iohannes Jalbrzyk de Maiori Croschyno Dorotheae de Schyroczky, consorti suae, 200 marc. pol., quas ratione dotis a Felice, germano eiusdem Dorotheae, de eadem Syroczky, recepit super bonis suis haereditariis: tota medietate sortis suae Czyemyanyno, tota sorte Osswanczyny, in terra Cuyaviensi et districtu Brestensi sitis, necnon in Crosschyno Maiori, in tota sorte sua Ostrowansz, ac in medietate sortis in Wolysschewycze et in Balyno villis, in eadem terra districtu vero Junivladislaviensi iacentibus, denique super medietate omnium bonorum suorum reformaverit. CK. XVII, 109.

569. —— *f. 2 post Iudica (21 mar.).* Rex Andreae de Schamotuli, castellano Calissiensi, ad se profecturo, salvum conductum in 30 equis et totidem hominibus admittit. CK. XVII, 106.

570. —— *f. 4 post Iudica (23 mar.).* Rex Catharinam de Olyesznycza, relictam Pauli Jasyensky, castellani Sandomiriensis, de cuius manibus capitaneatum Chelmensem exemit, nunc de summa 1000 fl. hung. restante quietat. CK. XVII, 125.

571. —— *sabbatho ante Ramispalmarum (26 mar.).* Rex ad vota Creslai de Kurozwanky, episcopi Vladislaviensis et regni cancellarii, duo fora annualia: unum pro festo Nativitatis V. M., et aliud pro die Adalberti, septimana le vero pro feria tertia singulis septimanis celebranda in oppido Lodzya, ad mensam episcopalem Vladislaviensem pertinenti, in terra Lanciciensi, instituit. CK. XVII, 106.

572. —— „ —— Rex testificatur, quia Dorothea, relicta Iohannis Cuczsky, advocati in Wartha, domum suam et aream dictam Mychalowskye in eodem oppido, fratribus minoris observantiae in Wartha resignaverit anno 1494, sabbato ante Oculi (1 mar.), quam quidem resignationem Mtas Regia confirmat. XVII, 107.

573. —— *f. 4 Magna (30 mar.).* Rex litteras Casimiri IV regis, continentes in se inscriptionem dotis et dotalicii Barbarae de Bnyn, Andreae Sobyensky de Wyssznycze relictae, Cracoviae f. 5 Francisci (4 oct.) anno 1487 datas, ad petitionem eiusdem Barbarae ratificat. CK. XVII, 108.

574. —— *Sabbato Magno (2 apr.).* Rex facta cum Slawyecz de Nyemyglow, castellano et capitaneo Sochaczoviensi, super omnibus censibus et proventibus de capitaneatu illo ac oppido Raczansch ad annum 1495 ratione, praesentibus eum quietat. CK. XVII, 107.

575. —— „ —— Rex 50 marc. pol., quas ex ratione de proventibus capitaneatus Sochaczoviensis Slawyecz de Nyemiglow, castellano et capitaneo Sochaczoviensi, remansit obligatus, eidem pro dominica Laetare (5 mar. 1497) reddere verbo regio promittit. CK. XVII, 108.

576. —— *f. 5 ante Conductum Paschae (7 apr.).* Rex certam causam inter capitulum Cracoviense occasione bonorum capitularium Pabyanycze et Iohannem Lassoczky, quondam scolasticum Gnesnensem, nunc vero in saeculari statu exsistentem, occasione bonorum oppidi Brzezyny et villae Glamboka, quae bona una cum fratre suo germano Stanislao et matre ipsorum Dorothea de Brzezyny, relicta Michaëlis Lasocki, succamerarii et capitanei Lanciciensis, possidebat, disiudicat. CK. XVII, 128.

577. —— *sabbato ante Conductus Paschae (9 apr.).* Rex donationem certorum agrorum, per cives Opocznenses: Iohannem Glyonek, presbiterum Petrum Kabala et Helenam Idzykowa alias Swandzymuschanka ad fundandum altare in ecclesia Opocznensi factam, approbat CK. XVII, 108.

578. —— „ —— Rex, ad petitionem Nicolai Gardzyna de Lubranycz, castellani Landensis, qui villam regalem Lubola in terra Siradiensi de manibus Iohannis filii olim Nicolai Curoploch de Buszenyn de consensu regio exemit, litteras Vladislai III regis, Cracoviae, f. 5 ante



Ramispalmarum (18 mar.) anno 1440 datas, inscriptionem summae 250 marc. pol. in villa Lubola Jacobo de Lubyn in se continentes, innovat. CK. XVII, 109.

579. *In conventione generali Pyotrkoviensi, f. 3 post Conductus Paschae (12 apr.).* Rex pro necessitate publica census annuos 9 marc. pol. super censibus civitatis Byecz (5 marcas) et super oppido Dambowyecz (4 marcas) pro 300 fl. hung. Carnacio heredi de Gorlicz titulo reemptionis vendit. CK. XVII, 111.

580. *Meszczicze villa, f. 3 post Conductum Paschae (12 apr.).* Conradus, dux Masoviae, significamus, quia dedimus et incorporavimus in possessionem et intromissionem bonorum in villas Dzyegczynyecz et Wyazowno in districtu Warschoviensi et in teloneum aquaticum in Camyenyecz, et in oppidum Nowemyastho et villas pertinentes ibidem Sobyesczky, Sarnagora, Lathouicze, Zassonye, in districtu Zacroczimensi, iuxta iura ipsius, quae produxit nobis, mag. Iohanni de Radzymino, castellano Warschoviensi, tenere, habere, item etiam ex ostensione iuris praedicti castellani granicies, metas et signa innovare et reformare debebunt super sedecim mansos, donatos eidem castellano, sippando easdem iuxta signa et ius ipsius. Dominus Dux per se. n. XVII, 127.

581. *In conventu Pyotrkoviensi generali, f. 4 post Conductus Paschae (13 apr.).* Rex in controversia ratione granicierum bonorum inter Andream de Thanczin, castellanum Woynyczyensem et tenutarium villarum regalium Pyelyasskowycze et Dambye, ex una, et Iohannem Gorzkowsky, notarium terrae Chelmensis, ac Nicolaum eius nepotem in Gorzkow et Popyrczyn, ex altera partibus, granicies illis iuxta privilegium Vladislai II regis, in Zukow, f. 5 post festum Bartholomaei (26 aug.) anno 1406 datum, designat. CK. XVII, 110.

582. —— „ —— Rex oppidum Nyerankowycze propter depaupertatem illius ab omnibus generaliter exactionibus et censibus ad 8 annos absolvit. XVII, 110.

583. —— *f. 5 post Conductus Paschae (14 apr.).* Rex burgrabiatum castri Cracoviensis post evectionem Ambrosii Pampowski, palatini Siradiensis, ad superiorem dignitatem vacantem, Nicolao Czikowsky, pincernae curiae regiae, donat CK. XVI, 36.

584. —— „ —— Rex testificatur, quia in Radom die Bartholomaei (24 aug.) anno 1495 Nicolao Sczykowsky de Mylkusszowicze, pincernae curiae suae, burgrabiatum castri Cracoviensis, per evectionem Ambrosii Pampowsky ad palatinatum Siradiensem vacantem, dederit. XVII, 111.

585. —— „ —— Rex Nicolao de Cosczyelecz, praeposito Wladislaviensi, villam Nyemoyewo, in districtu Junivladislaviensi sitam, per ipsum superiori tempore de consensu Casimiri regis de manibus Nicolai Ossyeczky exemptam, Iohanni et Alberto fratribus de Chrapowo obligare admittit. CK. XVII, 111.

586. —— „ —— Rex ad petitionem Petri abbatis monasterii in Obra, villas omnes et bona monasterii illius a solutione poradlne circa vetera privilegia absolvit, praecipue vero villas Calpyno, Zadzynj, Jazynyecz, Nyeborza, Syedlyecz et Kyekow, quae illegitime ab exactoribus certis ad solutionem dictae exactionis poradlne coactae erant. CK. XVII, 111.

587. —— *sabbato post Conductus Paschae (16 apr.).* Rex Casimiro duci Thesszynensi pro summa 1200 fl. hung., ab eo Conrado duci Masoviae data in mutuum, fideiubet. R. XVII, 112.

588. —— „ —— Rex ad instantiam proconsulis et consulum Posnaniensium piscatores, extra muros Posnanienses viventes, ad ius et oboedientiam civitatis et consulatus praedicti reducendos esse decernit. CK. XVII, 113.

589. —— „ —— Rex cives Posnanienses a iurisdicione quorumvis dignitariorum exemit, iurisdicionique civitatis et consulatus Posnaniensis subiicit. CK. XVII, 113.

590. —— „ —— Rex discordiam antiquitus ortam ratione granicierum inter ecclesiam collegiatam S. Mariae Sandomiriensis bonaque eius Maiorem Swirze, ex una, et Clementem de Byelyani ipsiusque villas haereditarias: Byelyani, Minorem Swirze et Mironycze, ex altera parte, disiudicat. CK. XVII, 116.

591. —— *f. 3 ante festum Adalberti (19 apr.).* Rex Nicolaum de Zaklyczyn circa privilegium Casimiri Magni regis super donatione silvarum certarum inter fluvium Skawa et Glynny Pothok olim militi Hanco ipsius Nicolai antecessori, nuper per Iohannem Amor de Tarnow, castellanum Cracoviensem, usurpatarum et ad castellaniam illam bonis Myslynycze appropriandarum, reservat. CK. XVII, 114.

592. —— „ —— Rex salvum conductum, Andreae de Schamothuly, castellano Calischiensi, nuper concessum, usque ad festum Urbani (25 maii) prorogat. CK. XVII, 114.

593. —— „ —— Rex ad petitiones Petri Miskowskj, castellani Rosperiensis, Iohanni de Cobylyany obligare et inscribere 430 fl. hung. Nicolao Brzeczka de Elwygowa in villis regalibus Wronowycze, Janowycze et Manczska Wolya admittit. r. XVII, 114.

594. —— „ —— Rex Stanislao Przedborii de Konyeczpolye in villa Labuzye, a civi-

tate Pylzno non longe distanti, per fluvium Wyssloka pontem bonum erigere admittit et pontalia certa ei in perpetuum donat. CK. XVII, 115.

595. *In conventu Pyotrkoviensi generali, f. 3 ante festum Adalberti (19 apr.).* Rex, confirmando decretum Casimiri IV regis anno 1448 in Camenecz f. 4 in vigilia Assumptionis V. M (14 aug.) occasione depositorii Opathoviensis latum, in eadem causa inter Sandomirienses et Opathovienses consules decretum fert. CK. XVII, 114, 137.

596. —— *f. 4 post Valeriani (20 apr.).* Rex Conrado Masoviae duci Warschoviam cum omnibus suis districtibus, oppidis, villis etc. castrum Wyschegrod, Zakroczym, Czyechanow, Lomza, Nowygrod etiam cum omnibus districtibus, Mlodzesino, Camyon et Preczslawycze in districtu Schochaczevyensi ad tempora vitae cum omnibus iuribus ducalibus possidenda donat. CK. XVII, 135.

597. —— „ —— Rex ducatum Czyrnensem alias totam sortem ducatuum et dominiorum ducem Masoviae Conradum ex divisione cum olim fratribus facta concernentem, eidem duci Conrado et eius successoribus masculini generis in feudum dat. CK. XVII, 133.

598. —— *f. 5 ante Georgii (21 apr.).* Rex Iohanni Cosmirowski salvum conductum in 3 equis et totidem hominibus ad revertendum in regnum admittit CK XVII, 120.

599. —— *f. 6 in vigilia Adalberti (22 apr.).* Rex in controversia ratione non solutionis summae emptionalis pro villa Radzanowo in districtu Ploczensi inter Petrum episcopum Plocensem et Stanislaum Radzanowsky orta—villam praefatam Petro episcopo in perpetuum adiudicat et Sandkoni de Kossmaczewo, capitaneo Plocensi, mandat, ut episcopum ab omni impetu et violentia defendat. XVII, 119.

600. —— *sabbato die Adalberti (23 apr.).* Rex burgrabiatum castri Cracoviensis per resignationem Iacobi de Bothurzyn, subdapiferi curiae regalis, vacantem, Raphaëli de Dominyska concedit et de hac nominatione Mathiam de Glovaczevycze, tribunum et capitaneum Siradiensem atque salis Bochnensis et Vyciiciensis zupparium certiorem facit. CK. XVII, 122.

601. —— *f. 2 Marci evangelistae (25 apr.).* Rex incolis oppidi Coprzywnycza terrae Sandomiriensis nuper combusti libertatem 10 annorum ab omnibus solutionibus dat. CK. XVII, 121.

602 —— „ —— Rex testificatur, quia Nicolaus de Brzezye, subpincerna Sandomiriensis, Catharinae de Smygrod, consorti suae, 1500 fl. hung. super medietate omnium bonorum suorum reformaverit. CK. XVII, 121.

603. —— *f. 3 post Adalberti (26 apr.).* Articuli iuris terrestris a rege Iohanne Alberto editi CK. XVI, 181.

604. —— *f. 3 post Marci evangelistae (26 apr.).* Rex confirmat litteras Casimiri IV regis Gnesnae sabbato ante Oculi (5 mar.) anno 1485 datas, approbationem reformationis dotis Hedvigis de Calynowa, a marito ipsius Iohanne Denowsky factae, in se continentes. CK. XVII, 121.

605. —— „ —— Rex testificatur, quia Ambrosius Pampowsky, palatinus Siradiensis, 1200 fl. dotis et dotalicii Anne, filiae Nicolai de Grodzyecz, castellani Santoczensis, uxori suae, in oppido regali Siroda ac villis Lysyecz et Modla, in terra Maioris Poloniae et Conynensi ac Pisdrensi districtibus sitis, de consensu regio reformaverit. CK. XVII, 122.

606. —— *f. 3 ante Philippi et Jacobi (26 apr.).* Rex ad instantiam Sandivogii et Iohannis de Grandi, tenutariorum in Stawyszin, prius suum decretum de solvendis 20 marcis ratione stationis de oppido Stawiszyn—confirmat. CK. XVII, 127.

607. —— „ —— Rex emptionem advocatiae in Lypnycza per Petrum Cmytha de Wysnycze, marsalcum regni, Sandecensem et Scepusiensem capitaneum, apud Lucam advocatiae illius possessorem sine consensu praevio regio factam, nunc confirmat. XVII, 127.

608. —— „ —— Rex oppido Coprzywnycza terrae Sandomiriensis nuper igne combusto libertatem 10 annorum ab omnibus solutionibus admittit. CK. XVII, 127.

609. —— *f. 4 post Marci (27 apr.).* Rex Nynognyewo, tunc Raczansiensi, nunc vero Wysnensi castellano, villae regalis Dzerzanschno tenutario, 550 fl., quos ei remanserat debitus, super censibus annuis oppidi Plonsko singulis annis per 50 sexagenas solidorum percipiendos demonstrat et assignat, et Paulum de Grambez, capitaneum et exactorem Visnensem, certiorem hac de re facit. CK. XVII, 122.

610. —— *f. 5 ante Philippi et Jacobi (28 apr.).* Rex testificatur, quia Raphaël de Lesczno, castellanus Gnesnensis et marsalcus curiae regalis, medietatem villae suae haereditariae Chelcowo, in districtu Costensi sitae, Iohanni alias Ywan de Karnyn, principis Friderici tituli S. Luciae in Septemsoliis presbiteri cardinalis, archiepiscopi Gnesnensis, germani regii, subdapifero, donaverit. CK. XVII, 122.

611. —— „ —— Rex quittantiam certam a Casimiro IV rege in Radom in crastino festi Bartholomaei (25 aug.) anno 1491 super stationem Pylsnensem unius anni Iacobo de Syekluky, burgrabio Cracoviensi, datam, confirmat. XVII, 123.

612. *In conventu Pyotrkoviensi generali, f. 5 ante Philippi et Jacobi (28 apr.).* Rex Andreae de Lubowcz et Nyeprzesnya privilegium olim Leschkonis ducis anno 1285 Cracoviae datum super ius theutonicum in eadem Neprosno innovat. CK. XVII, 123.

613. —— *f. 6 ante Philippi et Iacobi (29 apr.).* Rex litteras privilegiales advocatiae Vyelunensis igne combustas ad petitionem Elisabeth relictae olim Nicolai Gospodarzyk denuo confirmat. CK. XVII, 123.

614. —— „ —— Rex confirmando decretum Bernardi Werusch, iudicis Vyelunensis. anni 1382, ac litteras Martini de Borowno, capitanei Boleslaviensis, annorum 1401 et 1403, oppidanos de Boleslawyecz in possessione agrorum, pratorum, aquarum et aliorum locorum in villis Budzycze, Myedzymosczye, Myesczysko, Gwoscz, Peczbratanyova, Laky, fluvii Przoszna, Ludzyska, Luboczpen conservat. CK. XVII, 124.

615. —— „ —— Rex omnia vetera iura terrarum Ploczensis, Plonensis, Zawkrzensis et Wyssnensis confirmat. CK. XVII, 126.

616. —— *die Philippi et Iacobi (1 mai).* Rex Zauischio de Cunradzecz, castellano Wysznensi, curiensi suo, pro meritis in teloneo oppidi regalis Wasschosze 20 sexagenas gross. in $^1/_2$ grossis donat. CK. XVII, 125.

617. —— „ —— Rex Mathiae Grudzyensky, castellano Bidgostiensi, villam regalem Murzynowo tenutae eius districtus Pisdrensis Stanislao Gorasdowsky in 1000 fl. hung. obligare consentit. CK. XVII, 125.

618. —— „ —— Sandiwogius de Czarnkow, palatinus Calissiensis, recognovit se 2000 ratione dotis et expeditionis et alios 2000 fl dotalicii Catharinae de Krethkow, suae consorti, item 1000 fl. dono in Czarnkow et in aliis suis bonis inscripsisse. r. XVII, 125.

619. —— „ —— Rex controversiam certam inter altaristas seniores ecclesiae collegiatae s. Mariae Magdalenae, tanquam executores testamenti, ex una, et providum Stanislaum Mysgala alias Libehen, tanquam successorem proximum, magistri Iohannis Pyecz, plebani in Preprostina et altaristae dictae ecclesiae Posnaniensis, parte ex altera, ratione eiusdem testamenti et praecipue molendini Bogdanka intra muros Posnanienses ac villarum Grambowka et Slanskowo ortam, disiudicat. XVII, 125.

620. —— „ —— Rex testificatur, quia Spythko de Jaroslaw, palatinus Cracoviensis, Iohannem de Tharnow, vexillifernm Cracoviensem, et Martinum de Skothnyky, iudicem Sandomiriensem, ac Annam de Kochnowskye, consortem suam, in tutores, actores et protectores liberorum suorum utriusque sexus ac bonorum eorundem elegerit. CK. XVII, 129.

621. —— „ —— Rex testificatur, quia Iohannes de Tharnow, vexillifer Cracoviensis, Spythkonem de Jaroslaw, palatinum Cracoviensem, ac Lucam Slupeczky in tutores suorum liberorum et bonorum elegerit. CK. XVII, 129.

622. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum de Cosczyelecz, castellanum Cruswiciensem, Catharinae de Schamotuly, filiae Iohannis Swidwa, palatini Posnaniensis, consorti suae, 800 marc. ratione dotis et dotalicii super omnibus bonis suis reformasse. CK. XVII, 139.

623. —— *f. 2 post Philippi et Iacobi (2 mai).* Rex Nicolao Sokolowsky de Wraznicza, dapifero Brestensi, castellanatum terrae Dobrinensis confert. XVII, 125.

624. —— „ —— Rex testificatur Casparum de Lesczno, succamerarium Calissiensem, villam haereditariam Grodzisko districtus Costensis sibi per Nicolaum Borek de Ossyeczna in 605 fl. hung. obligatam, Raphaëli de eadem Lesczno, castellano Gnesnensi et marsalco curiae regiae, germano suo, resignasse. XVII, 127.

625. —— „ —— Rex testificatur, quia Raphaël de Lesczno, castellanus Gnesnensis et marsalcus curiae regiae, villam Grodzisko districtus Costensis, Nicolai Borek de Ossyeczna haereditariam et per ipsum Nicolaum Casparo de Lesczno, succamerario Calissiensi, germano suo, in 605 flor. hung. obligatam, a Casparo autem sibi resignatam, Annae heredissae de Lassoczicze, consorti Iohannis Sydnyczky, pro sortibus a se apud eandem Annam in ipsa villa Lassoczicze emptis resignaverit. CK. XVII, 128.

626. —— „ —— Rex Andreae de Schamothuly, castellano Calissiensi, salvum conductum in 30 equis et totidem hominibus hinc ad diem Iohannis Baptistae proximum admittit. R. XVII, 128.

627. —— „ —— Rex villas Herbersdorff in Coschuchoviensi et Leskouicz in Glogoviensi districtibus, in terris Slesie, Sigismundi Heyda haereditarias et morte eius ad se devolvendas, ad petitiones Ambrosii Pampowsky, palatini Siradiensis ac Lanciciensis et Coninensis capitanei, Margarethe, Annae et Catharinae virginibus, filiabus Sigismundi, iure feodali cedit. CK. XVII, 129.

628. —— „ —— Rex ratione controversiae inter consules Leopolienses et armenos de ibidem famosos Cristophorum et Thomam germanos ortae et per Creslaum de Kurozwanky cancellarium et Spythkonem de Jaroslaw, palatinum Cracoviensem et capitaneum Leopoliensem,

uti commissarios regios, disiudicatae, dictis armenis facultatem iure magdeburgensi utendi iam prius concessam confirmat. CK. XVII, 130.

629. *Cracovia, f. 2 in crastino Sophiae (16 mai).* Litterae universales Iohannis Alberti regis ad omnes dignitarios et incolas terrae Lanciciensis et districtuum eius, quibus certiores eos facit de nova exactione 4 grossorum in novissima conventione Pyotrcoviensi pro necessitate regni, id est, bello contra turcas et tartaros, laudata. R. XVII, 131.

630. —— *f. 3 infra octavas Ascensionis Domini (17 mai).* Rex ad petitionem Mathiae de Cząsthochowa, praepositi monasterii s. Augustini alias Canonicorum Regularium in oppido Clobuczko, privilegium Casimiri IV regis monasterio praefato, Cracoviae, anno 1485, f. 5 infra octavas Pentecostes (26 mai) super piscinam datum, ratificat. CK. XVII, 132.

631. —— „ —— Rex privilegium monasterio Canonicorum Regularium ecclesiae Corporis Christi in Kazimiria super bona eiusdem monasterii, videlicet: villas Rzeschotary integram, medietatem Byelczicze, Camyen integram, Krzyskowicze integram, in terra Cracoviensi sitas, item allodium in Zabloczye in acie versus Vistulam, et Plassew penes Allexium vladarium, item domos, hortos, piscinas, aliaque bona, census et proventus, ad praeces Andreae praepositi monasterii eiusdem, dat, bonaque praefata ab omnibus solutionibus absolvit. CK. XVII, 140.

632. —— „ —— Rex ex regestris cancellariae transsumptum sententiae Casimiri IV regis in causa inter Barbaram de Sprowa, castellanam Cracoviensem, ex una, et Iohannem de de Osthrorog, castellanum Posnaniensem, Iacobum Zaklica et Stanislaum de Jankovycze, Andream Roza, praepositum Lanciciensem, Zavissium et Nicolaum, germanos eiusdem de Borzischovicze, Iohannem, Andream, Gregorium, germanos de Bronyschovycze, et Iohannem Nyezwyedzsky, ab altera parte, ratione bonorum mobilium, clenodiorum aliarumque rerum per olim Iohannem Czyszowsky, filium praedictae Barbarae, relictorum extradit. CK. XVII, 141.

633. *In curia archiepiscopi Leopoliensis, in platea Canonicali, Cracoviae sita, 17 mai.* Andreas Rosa, Leopoliensis archiepiscopus, Nicolaus Strzeschowsky Visliciensis, Petrus Myskowsky Rosperiensis castellani, per Iohannem Albertum regem, necnon Iohannes de Starzechowicze, scholasticus Visliciensis ac officialis generalis, et Valentinus de Ilkusch, decretorum doctores et canonici Cracovienses, per Fridericum cardinalem, archiepiscopum Gnesnensem et episcopum Cracoviensem, germanum regium, ad disiudicandam certam causam ratione telonei inter Albertum plebanum in Pelczyska et consules Vislicienses specialiter deputati commissarii, praefatos consules a solutione dicti telonei absolvunt. XVII, 134.

634. *Cracovia, f. 5 post Sophiae (19 mai).* Rex Nicolao Vyecha, de Opoczno oppidano et molendinatori, tertiam mensuram molendini praedicti eximere permittit. CK. XVII, 139.

635. —— *f. 2 Pentecostes (23 mai).* Rex Petro de Curozwanky, castellano Sandomiriensi et thesaurario regni, tertiam mensuram molendini in suburbio oppidi regalis Schidlow de manibus hon. Appoloniae Orzeschkowa et filiorum eius, atque Nicolai et Iacobi germanorum Ziznowie de Schidlow redimere admittit. R. XVII, 132.

636. *Piotrkovia, in conventione generali, f. 4 (post!) ipso die Urbani (25 mai).* Rex statuta Casimiri IV regis Nyeschovie, sabbato post Elisabeth (23 nov.) anno 1454 data confirmat, novaque edit. XVII, 208.

637. *Cracovia, f. 6 ante Trinitatis (27 mai).* Rex Clementem Slonko, civem Proschoviensem, in possessione molendini, dicti podworny in fluvio Srzenyana, apud prov. olim Nicolaum Byenyanda de consensu Casimiri IV regis pro 100 sexagenis mediorum grossorum empti, reservat. CK. XVII, 136.

638. —— „ —— Rex Clementi Slonko, consuli Proschoviensi, altare novum in ecclesia parrochiali tituli s. Iohannis Baptistae in Proschovycze erigere et medietatem censuum suorum annuorum ex balneo civili in Proschovicze pro fundatione illa donare consentit. CK. XVII, 136.

639. —— „ —— Rex certam discordiam inter olim Iacobum et Nicolaum de Conyeczpole filios olim Predborii de ibidem, castellani Sandomirienis et capitanei Premisliensis et in Lelow tenutarii, ex una, et Iohannem de Kozyeglowy haeredem, parte ab altera, ratione certae summae Nawoykae de Conyeczpolye, olim Mathiae de Bnyn, palatini Posnaniensis, relictae, et Nicolai de Conyeczpolye filiae inscriptae in bonis regalibus Lelow, disiudicat, summamque praefatam 1000 marc. pol. in bonis eisdem inscribendam esse decernit. CK. XVII, 137.

640. —— *f. 4 post Trinitatis (1 iun.).* Nicolaus Strasch de Byalaczow iudex et Iohannes de Maiori Modlnycza subiudex terrae Cracoviensis generales significant, quia ven. Iohannes praepositus, Bartholomeus custos una cum ven. Anna priorissa, Dorothea subpriorissa totoque conventu monasterii de Swyerzynyecz, villam dictam Pobyednyk, Iohanni abbati, Stanislao priori, Iohanni custodi, Iohanni bursario totique conventui monasterii Clarae Tumbae alias Mogyla pro 16 marcis quotannis solvendis resignaverint, intromissionemque in villam praefatam per Nicolaum Lyschy, ministerialem de Casimiria, admiserint. XVII, 164.

641. *Leopolis, f. 6 post Assumptionis V. M. (19 aug.).* Stanislaus de Chodecz, castella-

nus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis capitaneus, et Stanislaus Muraviczsky, vicecapitaneus Leopoliensis, iudices commissarii regii, in causa inter nob. Ivaskonem armenum, cubicularium regium, ac Barthkonem et Iohannem filios Laurentii de Domazyr, alvearium alias rozlog, per Bartholomaeum sagittarium, tenutarium de Cozicze, apud Vincentium de Schamothuli, capitaneum Leopoliensem, pro 30 marcis emptum, dicto Ivaskoni adiudicant. XVI, 75.

642. *Cracovia, f. 4 in crastino Francisci (5 oct.).* Rex Creslao de Kurozwanky, episcopo Vladislaviensi, regni cancellario, mandat, ut litteras confirmationis iurium terrarum Ploczensis, Plonensis, Zawkrzensis et Wissnensis certo modo corrigat et emendat. XVII, 126.

643. ..... Litterae universales Iohannis Alberti regis ad consules, advocatos et scultetos locorum ubilibet in regno exsistentium, quibus eos certiores facit de nova dacia cisae per duos annos pro defensione reipublicae a turcis et tartaris laudata. R. XVII, 130.

644. ..... Iohannes Albertus rex approbat decretum iudicum commissariorum, Cracoviae, die 17 maii anno 1496 latum (supra Nr. 633), super teloneum certum in causa inter Albertum, plebanum in Pelczyska et officialem, ex una, et consules Vislicienses, ex altera partibus. XVII, 134.

1497.

645. *Sandomiria, f. 4 ante Laetare (1 mar.).* Rex ad petitiones cardinalis Friderici fratris sui, oppido Byskupicze terrae Lublinensis teloneum a quolibet curru rebus venalibus onerato per unum ternarium eximere admittit, forumque annuale pro festo translationis s. Stanislai (27 sep.) et septimanale qualibet feria tertia instituit. VP. XVI, 3.

646. —— *f. 6 ante Laetare (3 mar.).* Rex approbat contractum per Petrum Kmitha de Visnicze, regni marsalcum, Scepusiensem et Sandecensem capitaneum, et Iohannem de Ossolin, curiensem regium, tutores puerorum olim Andreae Sobienski de eadem Visnycze, quo Barbarae, filiae olim Mathiae de Bnyn, palatini Posnaniensis, matri dictorum puerorum, nunc vero uxori Raphaëlis de Jaroslaw, oppidum Dubieczsko cum teloneo, suburbiis et villis Nyewnadowa Russka, Slone, Pulthowa, Iskany, Slywnicza, Bochorzecz, Sylangowa, Synycza, Barthowka, Powlokowa, Laskowka, Koschowa et Zolathin, cessum est possidendum tam diu, quousque summae dotis et dotalicii eidem Barbarae per Andream Sobienski inscriptae plenarie persolutae fuerint. VP. XVI, 4.

647. —— *dominica Laetare (5 mar.).* Rex 1000 fl. hung. in mediis grossis et 540 fl. hung. in auro, a Iohanne Conynczsky de Withowycze mutuatos, pro festo Nativitatis Domini a proxime venturo per annum reddere seu intromissionem in villas Zamborzicze et Sulislawicze districtus Lublinensis dare se obligat. VP. XVI, 5.

648. —— *f. 2 post Laetare (6 mar.).* Formula iuramenti per Vincentium de Przeramb, regni vicecancellarium, praestiti. XVI, 1.

649. —— „ —— Rex donationem 4 laneorum et pratorum inter villas regalem Rakowicze et monasterii Tynecensis Prandnik per Iohannem Dlugosium, archiepiscopum Leopoliensem, collegiatae s. Mariae Sandomiriensi factam approbat. VG. XVI, 37.

650. —— „ —— Rex significat se capitulo ecclesiae collegiatae s. Mariae Sandomiriensi censum annuum 12 marc. in teloneo Sandomiriensi pro 300 fl. hung. iure reemptionis vendidisse. VP. XVI, 39.

651. —— *f. 3 post Laetare (7 mar.).* Rex privilegium Vladislai II, Poloniae regis, super constructione molendini in Solecz, in Opatow die Mariae Magdalenae (22 iul.) anno 1407 datum, confirmat. VP. XVI, 6.

652. —— „ —— Rex villam Nyedzyelouicze terrae Chelmensis de manibus Stanislai Kuropathwa, castellani Chelmensis, eximere Stanislao Schelinek admittit. VP. XVI, 6.

653. —— „ —— Rex 1000 fl. hung. in auro debiti pro festo Nativitatis Domini reddere seu Stanislao Maldrzyk, tribuno Leopoliensi et capitaneo Samboriensi, et uxori eius Margarethae intromissionem in oppidum Moszczіska terrae Premisliensis dare se obligat (deletum et in margine nota: „vacat iam"). VP. XVI, 9.

654. —— „ —— Rex oppidum Proschovicze terrae Cracoviensis cum villis et suburbiis Georgio Lang, consuli Cracoviensi, pro 8000 fl. hung. iure reemptionis vendidit. Deletum, et in margine nota: „Mille fl. hung. iam sunt recepti a Mte Regia ino... que super oppido praedicto". VP. XVI, 13.

655. —— „ —— Rex certam concordiam inter Petrum de Curozwanky, castellanum Sandomiriensem et regni thesaurarium, Nicolaum de Curozwanky, castellanum Siradiensem, et nepotem eorum Stanislaum de Curozwanky, filium olim Dobeslai, palatini Sandomiriensis, ex una, et Annam de Tharnow, relictam Iohannis de eadem Curozwanky, partibus ex altera, ratione dotis et dotalicii, per commissarios suos: Andream Rosa Boryszewski, archiepiscopum Leopo-

liensem, Iohannem Amor de Tharnow castellanum, Spithkonem de Jaroslaw palatinum Cracovienses et Mathiam de Sluzew, palatinum Lanciciensem, institutam approbat. VP. XVI. 18.

656. *Sandomiria, f. 3 post Laetare (7 mar.).* Rex testificatur Iohannem Bochodniczky de Olliessnicza 1000 fl. hung. ratione dotis et dotalicii Annae de Prawkowicze, consorti suae, in bonis suis Oleschnicza, Suschczicze, Leonarthowicze, Kampie, Sucha Wolya, Vgyasd, Swolya, Cuyawky, Hvyasdek, Lopathno, Wyrzbka, Wgyelzow, Grizykamyen, Onyeschowka, Iwaniska et Zaludow terrae Sandomiriensis inscripsisse. VP. XVI, 38.

657. —— *f. 4 post Laetare (8 mar.).* Rex significat Annam de Tharnow, relictam olim Iohannis de Curozwanky recognovisse se pro dote et dotalicio per Petrum de Curozwanky, castellanum Sandomiriensem et regni thesaurarium, plenarie satisfactam esse, litterasque inscriptionis cassasse, praesente Iohanne de Tharnow, vexillifero Cracoviensi, fratre suo germano. VP. XVI, 9.

658. —— *f. 5 ante Iudica (9 mar.).* Rex consentit, ut Iohannes Amor de Tharnow, castellanus Cracoviensis, altare in civitate Tarnow pro uno sacerdote erigere, censumque annuum 10 marcarum in macellis civilibus salicidarum alias na prassolyech inscribere possit. VP. XVI, 10.

659. —— „ —— Rex incolas oppidi Lubaczow terrae Belzensis, peste deserti, a censibus domesticis, exactione civili alias soss et curru bellico ad 6 annos liberos facit. VP. XVI, 11.

660. —— „ —— Consensus redimendi castrum Oczyecz cum bonis ad illud pertinentibus de manibus puerorum olim gen. Sbignei Wlodzyslawsky in summis pecuniarum in bonis eisdem iuste et legitime inscriptarum gen. Stanislao Jaroczsky datus, iuribus et stationibus nostris semper salvis. n. VP. XVI, 11.

661. —— „ —— Rex confirmat ordinationem Iohannis Ludbranski, decretorum doctoris, praepositi Posnaniensis, canonici Cracoviensis et rectoris ecclesiae parrochialis in Kazimyrz, anno 1493 datam, qui tertium vicarium praedicatorem in ecclesia Casimiriensi instituit, officia eius describit, certaque salaria et decimas in Kazimirz, Carczmiska et Sbadowicze ei assignat. VP. XVI, 12.

662. —— „ —— Rex Malko de Lubaczow, pro villae regalis Drohomisl terrae Belzensis augmento, scultetiam in dicta villa pro 15 marcis vendidit, conditionesque eiusdem locandi et officia emethonum describit. VP. XVI, 14.

663. —— „ —— Rex, ad petitionem Iohannis Syenyczsky, subiudicis terrae Chelmensis, varias summas in villa Mediocri Syenycza a praedecessoribus suis inscriptas in unam summam 426 marc. redegit et inscriptionem dictae summae in eadem villa renovat. VP. XVI, 16.

664. —— *f. 6 ante Iudica (10 mar.).* Libertas oppidanis de Potilicz data: desertas areas habentibus et advenis se ibidem locare volentibus a censibus domesticis, exactioneque civili alias soss et curru bellico per 2 annos se continue et immediate sequentes duratura. Sub sigillo. n. VP. XVI, 11.

665. —— „ —— Absolutio a bello data nob. Andreae Ossolinski ad tempora vitae suae cum condicione, quod expedire debet ita, prout solus personaliter interesset. n. VP. XVI, 11.

666. —— „ —— Rex ad petitiones cardinalis Friderici, Nicolao Pirchniczsky, curiensi eius, 3 laneos Stoiowsky, Wyaczkowsky et Dominikowsky cum piscina dicta Chrzathelska, molendino et alia piscina nova, duabus areis desertis dictis Schadoniowsky et Massrowsky iuxta ortulaniam plebanalem penes ecclesiam et cum ortulania dicta Kyssyelowska, in villa Pirchnicza iure haereditario donat. VP. XVI, 25.

667. —— *sabbato ante Iudica (11 mar.).* Rex, attentis serviciis Iohannis Rzeschowsky, curiensis sui, Annae, sorori eius, consorti vero Iohannis Ossolinsky 200 marc. in villa regia Wilkolassz terrae Lublinensis inscribit. VP. XVI, 17.

668. —— „ —— Rex ius praesentandi et instituendi idoneam personam ad ecclesiam parrochialem in Zidaczow Andreae, archiepiscopo Leopoliensi, cedit. VP. XVI, 20.

669. —— *f. 2 post Iudica (13 mar.).* Hon. Erasmo Karsky, notario Mtis Regiae, in 350 fl. hung. in auro, quos sibi pro festo Pentecosten proxime venturo (14 mai) dare et solvere Regia Mtas promittit, casu vero, quo praefatam summam pro praefato festo Pentecosten non solverit, extunc sibi dat intromissionem in villam Slothnyky, in terra et districtu Cracoviensi sitam, cum omnibus dominio et proprietate usque ad exemptionem et solutionem summae praefatae, iuribus regalibus et stationibus semper salvis. n. VP. XVI, 20.

670. *Nova Civitas Corczin, f. 2 post Ramispalmarum (20 mar.).* Rex sortem in villa Czernyechow terrae Cracoviensis, propter certos excessus Janussii Cosmierowsky sibi adiudicatam, Petro de Curozwanky, castellano Sandomiriensi et regni thesaurario, iure haereditario donat. VP. XVI, 20.

671. *Nova Civitas Corczin, f. 2 post Ramispalmarum (20 mar.).* Rex in oppido Nova Civitas Corczin forum annuale pro festo Elisabeth (19 nov.) instituit. VP. XVI, 21.

672. —— „ —— Mag. Petro de Curozwanky, castellano Sandomiriensi et regni nostri thesaurario, super villam haereditariam Cropydlo nuncupatam, in terra Cracoviensi consistentem, cuiusdam Nicolai Ilikowsky, ad nos propter ipsius excessus, quibus contra nos et rempublicam regni nostri deliquisse compertus est, indeque e regno proscriptus, iure devolutam et camerae nostrae iudicialiter adiudicatam, dedimus etc. cum omni iure et proprietate villam, ut suprascriptum etc. n. VP. XVI, 21.

673. —— „ —— Rex ius patronatus plebaniarum s. Stephani Cracoviae et in Schidlow Petro de Curozwanki, castellano Sandomiriensi et thesaurario regni, pro una vice donat. VP. XVI, 22.

674. —— „ —— Rex testificatur nob. Stanislaum Sluszowsky recognovisse, quia sibi Iohannes Grodowsky, haeres de Grodowicze pro 700 fl. hung., quos super bonis Zababa et Drochecz per olim Stanislaum Pyenyazek, capitaneum Sanocensem, inscriptos habuisset, satisfecerit. VP. XVI, 23.

675. —— „ —— Rex consentit, ut Nicolaus Camyenieczsky, Cracoviensis et Sanocensis capitaneus, molendina regalia civitatis Crosnensis in certa summa Andreae Curilo de Stoyanowicze obliget. VP. XVI, 24.

676. —— „ —— Rex ad petitionem Petri Schaffranyecz, militis sui, transsumptum certorum privilegiorum et litterarum ratione litis in curia romana cum monachis in Wyelgymlin et controversiae super censibus in villa Olessno et aliis, annis 1415, 1488, 1489 et 1490 datarum, edit. VP. XVI, 28.

677. *Sandomiria, f. 2 Paschae (27 mar.).* Rex testificatur Albertum de Czyrmyn nob. Georgio Hubati, rotmagistro regio, villas Czirmyn et Podgednicze districtus Calissiensis in 200 fl. hung. obligasse. VP. XVI, 24.

678. —— „ —— Datum oppido Pirzchnicza forum annuale pro festo s. Michaëlis singulis annis celebrandum, septimanale vero qualibet feria tertia singulis septimanis tenendum. n. VP. XVI, 25.

679. —— „ —— Rex Zauissio Rossa de Borzischowicze, succamerario curiae suae, villas Pustetow, Pustotewska Wolya et Obsanka districtus Chelmensis, ad se devolutas propter non expeditionem ad bellum anno praeterito. Annae, relictae Vankonis de Quassilow, castellani Chelmensis, iure haereditario donat VP. XVI, 26.

680. —— *f. 4 infra (ante) Conductum Paschae (29 mar.).* Coram Regia Maiestate constitutus personaliter gen. dominus Petrus Mischkowsky de Przeczicz0w, castellanus Rosperiensis publice recognovit, quia rev. in Christo pater dominus Vriel episcopus Posnaniensis suo et gen. domini Lucae de Gorka, nepotis sui, nominibus sibi et mag. dominae Barbarae de Cuthno, consorti ipsius et relictae olim mag. domini Nicolai de eadem Gorka, castellani Gnesnensis, patris praedicti Lucae, pro dote et dotalicio, quas per eundem dominum Nicolaum habuit inscriptas et reformatas, in toto satisfecerit, asseverans idem dominus Mischkowsky praefatum dominum Lucam sibi pro residuo debito dotalicii praefati 200 marcas in actis Gnesnensibus castrensibus obligasse pro festo s. Michaëlis (29 sep.) solvendas. n. XVI, 25.

681. —— „ —— Rex consulibus civitatis Ossiek districtus Sandomiriensis balnei aedificandi facultatem dat. VP. XVI, 37.

682. —— *f. 5 ante Conductum Paschae (30 mar.).* Rex consentit, ut Nicolaus de Brzesie pincernatum Sandomiriensem Stanislao de eadem Brzesie, fratri germano, resignet. VP. XVI, 27.

683. —— *f. 6 ante Conductum Paschae (31 mar.).* Rex ius patronatus ecclesiae parrochialis in Msczonow Posnaniensis dioecesis pro una vice Nicolao de Ostrow, palatino Sandomiriensi et capitaneo Lublinensi, donat. VP. XVI, 27.

684. —— *f. 5 post Conductum Paschae (6 apr.).* Rex litteras suas anno 1496 Nicolao Czikowski, de Miklvszicze, pincernae curiae regiae, datas (conf. supra Nr. 584) confirmat. VP. XVI, 36.

685. —— *sabbato post Ambrosii (8 apr.).* Rex consentit, ut nob. Andreas Lukowicski $^1/_3$ partem molendini regii ante curiam Zarnowecensem terrae Cracoviensis alias tertiam mensuram vulgariter myara ac tertium denarium de molendino pholvsch ibidem de manibus Annae, consortis nob. Gnyewossii Pssarsky, eximat. VP. XVI, 40.

686. —— „ —— Rex testificatur Annam, relictam olim Warssij, dapiferi Ravensis, villam suam Zelichin districtus Ravensis Alberto Jagnynsky resignasse. VP. XVI, 41.

687. —— *dominica post Ambrosii (9 apr.).* Consensus eximendae villae nostrae regalis Pielaskowicze, in terra Lublinensi sitae, de manibus mag. Andreae de Thanczin, castellani Voinicensis, in summis pecuniarum sibi in villa praedicta iuste et legitime inscriptis, gen. Sbigneo de eadem Thanczin, succamerario terrae Cracoviensis datus, iuribus et stationibus nostris regalibus semper salvis. n. VP. XVI, 41.

688. *Sandomiria, f. 2 ante Tiburtii et Valeriani (10 apr.).* Rex, habens in prospectu fidei integritatem abbatis et totius conventus in Wanchoczsko oppidanis in Wirzbicza iura, litteras et privilegia omnia confirmat. VP. XVI, 42.

689. — „ — Confirmatio privilegiorum oppidanis Coprziwnensibus data sub simili forma sicut oppido praedicto Wirzbicza. n. VP. XVI, 42.

690. — *sabbato post Tiburtii et Valeriani (15 apr.).* Libertas ad petitionem gen. Nicolai Lapischpotok 26 oppidanis Jaslensibus exustis et damna passis ab omnibus censibus, laboribus, contributionibus, teloneis, exactionibus institutis sive instituendis regalibus podvodisque et aliis quibuslibet solucionibus in forma cancellariae solita data 8 annorum se continue et immediate sequentium. n. VP. XVI, 43.

691. — *f. 2 post Iubilate (17 apr.).* Consensus eximendi advocatiam oppidi Jaslensis in forma cancellariae solita gen. Nicolao Lapispothok, oppidi nostri Jaslo tenutario, de manibus nobb. Iohannis Pyeniazek de Cruslow et Beatae, consortis nob. Iohannis Pnyewsky, eiusdem advocatiae haeredum. cum omni iure, dominio et proprietate, quo praefati Iohannes Pyeniazek et Beata tenuerunt alias iuxta vim et continentiam privilegiorum et litterarum super advocatiam praedictam per antecessores nostros datarum. n. VP. XVI, 43.

692. — *f. 2 ante Georgii (17 apr.).* Consensus eximendi bona regalia Trambki et Smolzin cum omnibus pertinentiis in forma cancellariae solita nob. Iohanni Waysdorff de manibus consortis nob. Schranek et puerorum eius Nicolai et Annae in pecuniarum summis iuste et legitime inscriptis, salvis iuribus et stationibus regalibus. n. VP. XVI, 43.

693. — *f. 5 ante Adalberti (20 apr.).* Rex controversiam inter advocatos et consules Sandomirienses ratione possessionis et usufructus villae Radoschki disiudicat. VP. XVI, 56.

694. — *f. 6 ante Adalberti (21 apr.).* Rex declarat se Nicolao de Cosczelecz, Thucholiensi et Sweczensi capitaneo, facta cum eo ratione pro omnibus summis in castro et civitate Czlochowien si ei inscriptis, 4400 fl. hung. debere, quos pro festo Nativitatis Christi a proxime futuro per annum reddere aut introductionem in villas Czwyrzstnowy, Crupsko, Brzesno, Dlugawiesz et Nowaczyrkyew, districtus Czlochowiensis, dare se obligat. VP. XVI, 43.

695. — „ — Rex Nicolao Cosczelieczski, Thucholiensi et Sweczensi capitaneo, debitum 2200 fl. hung. pro festo Epiphaniae proximo solvere aut libertatem eximendi molendina regia in civitate Bidgostiensi de manibus tenutariorum dare promittit. VP. XVI, 44.

696. — „ — Rex 2500 fl. hung. debiti Nicolao Sborowsky pro festo s. Stanislai (8 mai) anno 1498 solvere seu in villis Bessko, Wroblik, Oczow, Istrzina et Superius Crosczenko, terrae Sanoczensis, inscribere promittit. VP. XVI, 45.

697. — „ — Rex certam clausulam e litteris Casimiri IV, Poloniae regis, Nicolao Cosczelieczski, Thucholiensi et Sweczensi capitaneo, datis, de debito 1200 fl. hung. super tenutis Mariemburgensi et deinde Gnesnensi inscriptorum, excipit. VP. XVI, 45.

698. *Radymno, f. 6 ante Philippi et Iacobi (28 apr.).* Consensus obligandi gen. Raphaëli de Jaroslaw datus bona nostra regalia, oppidum videlicet Grodek cum villis ad illud pertinentibus, gen. Stanislao de Pilcza in summis sibi in bonis eisdem iuste et legitime inscriptis alias iuxta litteras capitales. n. VP. XVI, 45.

699. *Premislia, f. 3 in crastino Philippi et Iacobi (2 mai).* Rex oppidanis de Rubieschow post combustionem libertatem ab omnibus contributionibus et podvodis ad 8 annos donat. VP. XVI, 45.

700. — „ — Rex differentiam inter Iohannem Amor de Tharnow, castellanum Craco viensem, ex una, et filios eius Iohannem castellanum Bieczensem et Alexandrum, ex altera parte, occasione possessionis bonorum Sczebrzeschin cum villis Brod, Michaliew, Bodaczow, utraque Deskonicze, Culikow, Zlocziecz, Wshepsy, Bialebrzegy, Zarudzie, Bortalicze, Huta, Rostopy, in terra Chelmensi et districtu Crassnostaviensi, necnon Januskowicze, Glynnik et Gogoliew, in terra Sandomirensi et districtu Pilznensi, sopit et vadium 2000 marcarum inter eos interponit. VP. XVI, 46.

701. — *f. 5 Ascensionis Domini (4 mai).* Rex Iacobo de Jaroslaw, altaristae et praedicatori ecclesiae cathedralis Premisliensis, censum annuum 17½ fl. hung. in zuppis Premisliensibus pro 350 fl. hung. iure reemptionis alias nawyderkoff concedit. VP. XVI, 50.

702. — *f. 6 post Ascensionis Domini (5 mai).* Rex Nicolaum priorem eiusque conventum monasterii s. Iacobi ordinis praedicatorum extra muros Sandomirienses a praesenti expeditione bellica ratione possessionum terrestrium, praesertim vero praedii et kmethonum, quos obtinent in Suchorzow, absolvit. CK. XVII, 144.

703. — „ — Rex Nicolaum Lubyatowsky exactorem cisae in terra Siradiensi ab instanti expeditione bellica absolvit. CK. XVII, 144.

704. — „ — Rex testificatur, quia Sandivogius de Czarnkow, palatinus Calissiensis, in conventu Pyotrcoviensi die Philippi et Iacobi (1 mai) anno 1496 Catharinae de Crethkow, consorti suae, 2000 fl. hung. super bonis suis haereditatiis infrascriptis: castro et oppido Czarn-

kow piscatoribusque sub castro videlicet Lyssy, molendinis aquaticis supra fluvium Notess prope oppidum istud, praedio Szawlowo et villis Bresno, Byalanschino, Cruszewo, Sarb, Waalikowicze, Smyeschkowo, Goray, Dambye, Czyszkowo, Gora, Piyanowicze, Golcz et post fluvium Notess minera ferri et in eius tributis, videlicet sobothnyczamy, in Slopa et in lacubus atque desertis villis ad eandem Slopa pertinentibus, in Byala cum omnibus pertinentiis, necnon in laboribus omnium villarum non includendo: Polayew, Barussino, Mlynkow, Crossyno, Tarnowyecz, Sirakowko, Wyssyny et Prossna, item in laboribus Gambycze et Brybychowo inscripserit et reformaverit. CK. XVII, 145, 146.

705. *Premislia, sabbato ante Stanislai (6 mai).* Rex testificatur Iohannem Amor de Tharnow, castellanum Cracoviensem, censum 30 marc. annuatim Sophiae, filiae suae, moniali ordinis s. Francisci de 3-tia regula in bonis paternis (Tharnow) et maternis (Sczebrzeschyn) inscripsisse. VP. XVI, 46.

706. —— „ —— Rex testificatur Iohannem de Tharnow, castellanum Biecensem, tenutarium bonorum maternorum Sczebrzeschin, 10 marc. census annui Sophiae, sorori suae, moniali ordinis s. Francisci de tertia regula solvere se obligasse. VP. XVI, 47.

707. —— *f. 2 Stanislai (8 mai).* Rex debitum 960 marc. pro festo Nativitatis Christi Spithconi de Jaroslaw, palatino Cracoviensi, solvere seu in civitate Sochaczow inscribere se obligat. VP. XVI, 47.

708. —— „ —— Rex Stanislao Kmytha de Wysnycze, castellano Premisliensi, censum certum annuum 50 marc. pol., in zuppis Bochnensibus superioribus annis ei a praedecessoribus suis inscriptum, Stanislao Dersznyak de Rokythnycza, succamerario Premisliensi, eiusque successoribus pro 800 fl. hung. obligare permittit. CK. XVII, 145.

709. —— *f. 3 infra octavas Ascensionis Domini (9 mai).* Rex testificatur Zavissium Roza de Borzischowicze, succamerarium regium et Chelmensem, 600 marc. ratione dotis et dotalicii Sophiae de Pustothew, uxori suae, super bonis regalibus Sienicza, districtus Crassnosthaviensis, inscripsisse. VP. XVI, 50.

710. —— „ —— Regia Mtas recepit a Georgio Lang 1000 fl. hung. puri auri, quos eidem Lang una cum 8000 fl. hung. inscripsit super oppido Proschowicze, titulo venditionis nawyderkoff, in forma et cum omnibus clausulis, prout superius in litteris, super hocipsum oppidum Proschowicze folio 7 datis, expressum est, litteras tamen priores, videlicet 8000 fl., eodem folio contentas, cassando et annihilando (conf. supra Nr. 654). VP. n. XVI, 171.

711. —— *f. 3 post Stanislai (9 mai).* Epistola Iohannis Alberti regis ad Urielem de Gorca, episcopum Posnaniensem, qua ei significat se ius patronatus praepositurae in ecclesia s. Mariae Magdalenae intra muros Posnanienses, Creslao de Curozwanki, episcopo Vladislaviensi et regni cancellario, donasse. VP. XVI, 48.

712. —— „ —— Rex causam inter successores Iohannis de Pilcza, quondam palatini Russiae, et Nicolaum de Curozwanky, castellanum Siradiensem, ad iudicium terrestre remittit. VP. XVI, 49.

713. —— „ —— Consensus obligandae villae Radzicze in terra Cracoviensi sitae rev. in Christo patri episcopo Wladislaviensi et regni Poloniae cancellario (Creslao de Curozwanky) cuique vel quibuscunque voluerit personis indigenis regni inscribendae, litterasque sub titulo et sigillo propriis dandi et concedendi, tamen non augendo summas inscriptas etc. tenendum etc. iuxta litteras capitales regias super villam ipsam datas etc. usque ad exemptionem per nos vel per ipsum dominum Creslaum faciendi, iuribus nostris et ipsius domini Creslai inscriptionibus ad vitam forsan, ut ait concessus, semper salvis. VP. n. XVI, 50.

714. —— „ —— Rex Stanislao de Voyczicze, canonico et officiali ecclesiae collegiatae Sandomiriensis, censum annuum 35 fl. hung. in teloneo Sandomiriensi pro 1000 fl. hung. iure reemptionis vendit. VG. XVI, 51.

715. —— „ —— Rex causam certam inter olim Iohannem de Pylcza, palatinum Sandomiriensem, nunc vero filios ipsius Nicolaum et Stanislaum, ex una, et Nicolaum de Curozwanky, castellanum Siradiensem, atque Evam de Retwani, eiusdem Nicolai consortem, parte ex altera, super certis bonis, rebus et iniuriis in actis processus expressis disiudicat. XVII, 144.

716. —— „ —— Rex Thomam de Dambowa terrigenam una cum filiis eius Iohanne, Nicolao et Iacobo, actiones certas in terris Prussiae habentes, ab expeditione generali instanti contra turcos et tartaros absolvit. CK. XVII, 145.

717. —— „ —— Rex pro tutamento castrorum et terrarum Maioris Poloniae Iohannem de Ostrorog, castellanum Posnaniensem et capitaneum Maioris Poloniae generalem, ac Wladislaum de Ostrorog, eiusdem castellani filium, Bartholomaeum Pawlowsky, Albertum Stoyanowsky una cum Iohanne, germano eius indiviso, Iacobum Vythkowsky, Hynczam Cubaczsky, Boguslaum Cozyelnyczsky, Iohannem Byelyeyewsky, Andream Glaszewsky, Vincentium Ottorowsky, Thomam Vyelzynsky, Raphaëlem Czyrnynsky, Bodzatham Chlapowsky una cum Petro, germano eius indiviso, Nicolaum Pozarowsky, Iohannem Wyszlawsky, Hieronimum Ruchoczsky, Petrum Ku-

nynsky, Iohannem Popowsky, Leonardum Mikulowsky, Iohannem Mienysszowsky. Nicolaum Suloczsky. Iohannem Golynsky et Dobeslaum Raczkowsky ab instanti expeditione bellica contra turcas et tartaros absolvit. CK. XVII, 147.

718. *Premislia, f. 4 infra octavas Ascensionis Domini (10 mai).* Rex testificatur Severinum Herboth de Bruchnal, notarium regium, sortes bonorum suorum, villas videlicet Brvchnal, Wola Maior et Minor, districtus Leopoliensis, Iohanni Herboth, germano suo, pro 800 marc. vendidisse. VP. XVI, 52.

719. —— *f. 5 ante Pentecostes (11 mai).* Rex Stanislao Dersznyak de Rokithnicza, succamerario Premisliensi, summam 1200 fl. hung., pro rege Stanislao Barzy de Blozew in bonis eius haereditariis inscriptam, pro festo Nativitatis Domini reddere vel in bonis suis Medica cum villis adiacentibus Vischaczicze, Jaskmanycze, Dzyevyanczicze, Szegynye et Pozdzyancza, terrae Premisliensis, ipsi Stanislao et Barbarae de Dubieczsko, uxori eius, inscribere se declarat. VP. XVI, 52.

720. —— „ —— Rex civitati Premisliensi iura et privilegia per antecessores suos concessa et largita approbat et confirmat. VP. XVI, 54.

721. —— *f. 6 ante Pentecostes (12 mai).* Rex Catharinae, relictae Pauli Jassyensky, castellani Sandomiriensis, villam Syedliscze districtus Chelmensis de manibus Petri Smyothanka de Trambaczow, iudicis Chelmensis, eximere admittit. VP. XVI, 53.

722. —— *sabbato in vigilia Pentecostes (13 mai).* Rex in causa inter ruthenos, cives Premislienses, et consules eiusdem civitatis ratione certarum gravationum sententiam fert. VP. XVI, 54.

723. —— „ —— Rex se a Petro de Curozwanky, castellano Sandomiriensi, 3000 fl. hung. in mutuum recepisse ad festum Nativitatis Domini proximum recognoscit. VP. XVI, 55.

724. —— *dominica Pentecostes (14 mai).* Rex certas summas Catharinae, relictae Pauli Jassyensky, castellani Sandomiriensis, inscriptas de bonis Ruda et Serebriska, districtus Chelmensis, sibi a dicta Catharina resignatis, in villas Syedliscze et Stulno, eiusdem districtus transfert. VP. XVI, 56.

725. —— *f. 2 Pentecostes (15 mai).* Rex in causa inter vicarios perpetuos ecclesiae et consules civitatis Premisliensis occasione iurisdictionis hortorum Nicolai Malowany, Frederici Andreae Schramel, Labgarij et aliorum decretum fert. VP. XVI, 57.

726. —— *f. 3 Pentecostes (16 mai).* Rex Nicolao (Krajewski) episcopo Premisliensi, censum annuum 20 fl. hung. in teloneo Premisliensi pro 400 fl. hung. iure reemptionis vendit. VP. XVI, 57.

727. —— „ —— Rex Catharinae de Oleschnicza, relictae Pauli Jassyensky, castellani Sandomiriensis, et filio eius Paulo residuum debiti in oppido et districtu Busko assecurati, id est, summam 600 fl. hung. in auro et 958 marc. non super Hrodlo, sed super oppido Wyecze et villis Vyskow. Glusk Maior, Glusk Minor, Nowawyess et Grocholye cum ripa fluminis Vysla inscribit. VP. XVI, 58.

728. *Leopolis, f. 3 post Trinitatis (23 mai).* Rex Iohanni Branczlyk, civi Belzensi, $^1/_3$ partem molendini regii Belzensis, in aggere extra civitatem situati, de manibus nob. Heliae Syebyerka et fratrum ipsius germanorum eximere admittit. VP. XVI, 59.

729. —— „ —— Rex, uti debitor principalis, et Spithko de Jaroslaw, palatinus Cracoviensis, tanquam fideiussor, 1600 fl. hung. debiti Abrahae Czech de Sthekny pro festo Nativitatis Christi proximo in praetorio Cracoviensi reponere seu introductionem in oppidum Sczyrzecz terrae Leopoliensis et villas adiacentes dare se obligant. VP. XVI, 60.

730. —— *f. 4 vigilia Corporis Christi (24 mai).* Rex civitatem Siradiensem cum oppidis Schadek, Wartha et villis Urieli de Gorka, episcopo Posnaniensi, in summa 8000 fl. hung. (6000 fl. in puro auro, 1600 fl. in mediis grossis antiquis et 400 fl. in moneta in regno currenti) inscribit. VP. XVI, 166.

731. —— *f. 5 Corporis Christi (25 mai).* Libertas oppidanis Novae Civitatis Trebowliensis post combustionem per hostes crucis Christi tartaros data, a data praesentium per 3 annos se continue et immediate sequentes, damna ipsa duntaxat passis ab omnibus censibus etc. sub forma cancellariae solita, ut Rubieschoviensibus. VP. n. XVI, 59.

732. —— *sabbato infra octavas Corporis Christi (27 mai).* Rex prov. Laurentio Lubelsky, servitori suo, tabernam in villa regali Blischczyvody donat. VP. XVI, 61.

733. —— „ —— Rex Stanislao Maldrzik, tribuno Leopoliensi et capitaneo Samboriensi, summam 1400 fl. hung. in mutuum receptam super oppido Moscziska cum villis ad illud pertinentibus, in terra Premisliensi sitis, inscribit. VP. XVI, 61.

734. —— *f. 3 infra octavas Corporis Christi (30 mai).* Rex in causa inter Szyenko Baythkonem, praepositum ecclesiae s. Georgii de Drohobicz, et Martinum Bobr, civem Drohobiczensem, ratione medii lanei, inter agros prov. Michaëlis Vilczek et ecclesiae siti, decretum fert. VP. XVI, 62.

735. *Leopolis, f. 3 infra octavas Corporis Christi (30 mai)*. Rex mercatores Posnanienses a solutione telonei, novissime in conventione Petricoviensi generali laudati, ad biennium liberos declarat. VP. XVI, 62.

736. ——— *f. 6 post octavas Corporis Christi (2 iun.)*. Rex testificatur Stanislaum Morawiczsky de Szyedliecz dictam villam suam districtus Chanczinensis in 100 marcis Nicolao Lyssowsky de Lissow obligasse. VP. XVI, 62.

737. —— „ —— Rex Iohanni Crowiczsky, decano Leopoliensi et notario regio, in haereditate sua Prussy districtus Samboriensis 3 areas alias dworziscza, ad se certo iure devoluta, donat. VP. XVI, 63.

738. —— *f. 2 post octavas Corporis Christi (5 iun.)*. Rex testificatur Raphaëlem de Rybothiecze Annae, filiae Stanislai Pyeczichowsky, consorti vero suae, 1000 fl. pol. ratione dotis et dotalicii in bonis suis Byeskowicze et Maximowiczc districtus Samboriensis inscripsisse. VP. XVI, 64.

739. —— *f. 4 post octavas Corporis Christi (7 iun.)*. Rex Stanislao de Voyczicze, canonico et officiali ecclesiae collegiatae Sandomiriensis, censum annuum 50 fl. hung. in teloneo Sandomiriensi pro 1000 fl. hung. iure reemptionis vendit. VP. XVI, 65.

740. —— *f. 2 ante Viti (12 iun.)*. Rex Iohanni de Syenno et Nicolao de Brzezye, in assecuratione cautionis fideiussoriae pro 2000 fl. hung. Sbigneo de Thanczin. succamerario Cracoviensi, datae, dictam summam super oppido Drohobiczensi inscribit. VP. XVI, 65.

741. —— *f. 3 Antonii (13 iun.)*. Rex litteras Raphaëlis de Jaroslaw, succamerarii Premisliensis et capitanei Russiae, transpositionis villae regiae Dmytrze districtus Leopoliensis de iure ruthenico in ius theutonicum, Leopoli, sabbato post Divisionis Apostolorum (17 iul.) anno 1473 datas, ratificat et confirmat. VP. XVI, 67.

742. —— *f. 4 post Antonii (14 iun.)*. Rex Iohanni de Buczacz, filio Iacobi palatini Podoliae, curiensi Alexandri Magni Ducis Lithuaniae, villas Monasterczani, Chothkowo, Czerniew, Chomykow et Jabloncza, terrae Haliciensis, ad tempora vitae possidendas donat. VP. XVI, 66.

743. —— „ —— Rex Nicolao Czirmienski, pro 5 curiis videlicet Hureczowo et Dworiska in villa sua Vanyewicze districtus Samboriensis, ab Andrea Odrowansch de Sprowa, palatino et capitaneo Russiae, in personam Iohannis Czirmienski, patris dicti Nicolai inscriptis, 150 marc. in villa Dambrowka inscribit. VP. XVI, 66.

744. —— *f. 6 post Viti (16 iun.)*. Rex Stanislao Maldrzik, tribuno Leopoliensi et capitaneo Samboriensi, qui sibi villam Antiqua Bobrka et suburbium oppidi Novabobrka, dictum Lany, terrae Leopoliensis, in 500 marcis de manibus Margarethae relictae Cunczae, tribuni Haliciensis, redemptam, resignavit, villam Hrebyona terrae Belsensis ad vitae tempora possidendam donat. VP. XVI, 67.

745. —— *sabbato post Viti (17 iun.)* Rex libram regiam in civitate Leopoliensi consulibus de ibidem donat tali condicione, quod postquam Capha, Kylia et Byalagrod ad potestatem christianam redierint, consules de libra praefata ratione census annui 20 marcas regi solvere tenebuntur. VP. XVI, 70.

746. —— *dominica post Viti (18 iun.)*. Rex testificatur Stanislaum de Chodecz, castellanum Leopoliensem, capitaneum Camyeczensem et Haliciensem, de consensu regio villam Bolschow tenutae suae Stephano Swyathopelk de Zawada in 420 fl. hung. obligasse. VP. XVI, 69.

747. —— „ —— Rex forum septimanale in civitate Busko de feria secunda in feriam tertiam et diem sabbatum transponit. VP. XVI, 70.

748. —— *f. 2 Gervasii et Protasii (19 iun.)*. Rex controversiam inter Auctum de Panyeyow, capitaneum Zidaczowiensem, et consules civitatis Leopoliensis, ratione solucionis telonei Zidaczoviensis dirimit. VP. XVI, 71.

749. —— *f. 3 post Gervasii et Protasii (20 iun.)*. Rex cives Leopolienses a solutione telonei, noviter in conventione generali Petricoviensi laudati, absolvit. VP. XVI, 72.

750. —— *f. 3 ante Iohannis Baptistae (20 iun.)*. Rex debitum 300 fl. hung. Iohanni Vielopolski, burgrabio castri Cracoviensis, 24 iunii anno 1498 solvere seu introductionem in villas Mischanka et Bistra districtus Biecensis dare se obligat. VP. XVI, 76.

751. —— „ —— Rex debitum 1700 fl. hung. Iohanni Comorowsky pro 24 iunii 1498 solvere seu intromissionem in villam Rakowicze districtus Cracoviensis dare se obligat. VP. XVI, 76.

752. —— „ —— Rex debitum 1300 fl. hung. Iohanni Smolik 2 februarii 1498 anno solvere seu intromissionem in oppidum Slvmnyky terrae Cracoviensis dare se obligat (litterae cassatae). VP. XVI, 77.

753. —— *f. 4 ante Iohannis Baptistae (21 iun.)*. Rex, ad petitionem nob. Ivasko ar-

meni, cubicularii sui, decretum commissariorum suorum in causa piscinae in Cozicze anno 1496 latum (vide supra Nr. 641) confirmat. VP. XVI, 75.

754. *Leopolis, f. 4 ante Iohannis Baptistae* (*21 iun.*). Rex iura et privilegia civitatis Leopoliensis approbat et confirmat. VP. XVI, 141.

755. *In loco campestri circa oppidum Dunayow, f. 6 in crastino Petri et Pauli* (*30 iun.*). Rex forum septimanale in oppido Glynyany pro feriis sextis institutum in diem sabbatum transfert, forumque annuale pro festo s. Kyliani (8 iul.) denuo concedit. VP. XVI, 72.

756. *In castris circa Zlothniky, f. 3 ante Margarethae* (*11 iul.*). Rex Iohanni Thirnka castrum Osswiaczim cum villis adiacentibus ad tempora vitae possidendum donat. VP. XVI, 78.

757. —— „ —— Rex ad petitionem Iohannis de Camieniecz, capitanei Belzensis, nomine Annae consortis eius factam, villam regiam Bohurodczany districtus Haliciensis nob. Hriczko Crechowieczsky in summa capitali obligare admittit. VP. XVI, 78.

758. —— „ —— Rex Iohanni Tirnka de Racziborzany, campiductori regio supremo, 5000 fl. hung. debiti in oppido Przedborz et in oppido Sczirczow terrae Siradiensis inscribit. VP. XVI, 179.

759. *In campo exercitus circa Mogylnycza, f. 3 Arnolphi* (*18 iul.*). Rex significat, quomodo dum pro defensione regni expeditionem adversus Turcos pro recuperandis castris Licostonum et Monocasti alias Kiliae et Balagrod magnis sumptibus cum omnibus principibus, baronibus regni suscepisset, censum annuum 25 fl. hung ecclesiae conventuali ordinis s. Augustini canonicorum regularium in Ludbrancz in teloneo Colensi pro 500 fl. hung. vendidit. VP. XVI, 73.

760. —— „ —— Rex praeposito ecclesiae conventualis in Ludbrancz facultatem quietandi capitaneum vel exactores telonei de percepto censu dat. VP. XVI, 74.

761. —— *f. 4 ante Mariae Magdalenae* (*19 iul.*). Rex Stanislao Schaffraniecz de Pieschkowascala, capitaneo Novae Civitatis Corczin, villam regalem Dolina, districtus Haliciensis, in 60 marc. nob. Nicolao Coczimirzski (Choczimirski) obligare admittit. VP. XVI, 78.

762. —— „ —— Rex significat Stanislaum de Pilcza, filium olim Iohannis, palatini Sandomiriensis, Annae, filiae olim Raphaëlis de Jaroslaw, castellani Sandomiriensis et regni Poloniae marsalci, consorti suae, 8600 fl. hung. ratione dotis et dotalicii super medietate omnium bonorum suorum inscripsisse. XVI, 79.

763. *In castris circa Pyaly pothok, f. 4 post Iacobi* (*26 iul.*). Rex Aucto de Panyowo, capitaneo Zidaczoviensi, 3200 fl. debiti in civitate Piothrkow, oppido Thuschin et villis adiacentibus inscribit. VP. XVI, 79.

764. *In loco campestri ad litus fluvii Niestr, f. 2 ante Laurentii* (*7 aug.*). Rex testificatur Nicolaum Xanski molendinum suum haereditarium aquaticum, in quo brasea moluntur, extra oppidum Xansch, pro 100 fl. hung. Thomislao Jesiersky, vexillifero Posnaniensi, iure reemptionis vendidisse. VP. XVI, 80.

765. *In loco campestri ad litus fluvii Niestr, circa villam Vscze, f. 3 ante Laurentii* (*8 aug.*). Rex testificatur Petrum Nieniowsky Zaramba villas suas Nieniowo Maior, Nieniowo Minor et Clymiethki (Cliemienthki) cum Vincentio Kundey de Biskupicze, pro praefata haereditate Biskupicze, palatinatus Calissiensis, et 110 marc. commutasse. VP. XVI, 81. NB. Litterae Petro Nieniowski Zaramba super commutatione villae Biskupice sub forma simili datae.

766. —— „ —— Rex testificatur Stanislaum filium olim Petri Skarbek de Crziwanczieze (Crzywanski), nomine suo ac Margarethae et Catharinae, sororum suorum, a Stanislao Gamrath, haerede de Schiwoklasky, in vim exemptionis $^1/_4$ partis advocatiae haereditariae Pilznensis, 150 fl. hung. recepisse. VP. XVI, 174.

767. *Medio Augusto* (?). Martino Vitkowsky bona terrestria nobilium (cetera desunt). XVI, 108.

768. *In loco campestri circa villam Coczman, f. 5 post Assumptionis V. M.* (*17 aug.*). Rex testificatur Iohannem Sieniawski de Volkow, Barbarae, filiae Severini Herborth de Felsthin, vexilliferi Leopoliensis, uxori suae, 400 marc ratione dotis et dotalicii, super medietate bonorum suorum Volkow, Kychayowicze, Curapathwniky, Cyeniow, Budylow, Malechow, Podhorky, Chuzanowcze, Stancowcze, districtus Leopoliensis, inscripsisse. VP. XVI, 83.

769. —— „ —— Rex testificatur Iohannem Herborth de Bruchnal Annae de Pleschowicze, consorti suae, 1000 fl hung. dotis et dotalicii in oppido Bruchnal et villis Przelbicza, Podluby et Volia utraque Maior et Minor, in districtu Leopoliensi sitis, inscripsisse. VP. XVI, 124.

770. *In loco campestri exercituum circa villam Schepienicze, f. 3 in octava Assumptionis V. M.* (*22 aug.*). Nicolao de Ostrow, palatino Sandomiriensi, bona Martini de Czarnow, Dobeslai de Gorka et aliorum omnium terrigenarum in Lublinensi et Lukoviensi terris consistentia, atque Dorotheae consortis Iohannis Cochanowsky et glotis suae in districtu Radomiensi data sunt. r. XVI, 126.

771. *In loco campestri exercituum circa villam Schepienicze, f. 3 in octava Assumptionis V. M. (22 aug.).* Alberto de Schulenczicze bona Alberti et Petri de Wroblowo et Iohannis, Laurentii in Crayowicze, et Gregorii in alia Craiowicze et Mathiae Sulensky in Sulenczicze et Iohannis in ibidem et in Vyleziow, item Mroczkonis, Bartholomaei, Iacobi, Iohannis in utraque Somani et Petri, Stanislai, Andreae in ibidem et viduae Barbarae cum filiabus Margaretha, Catharina in Swerkoznya, et Iacobi, Dorotheae, Margarethae haeredum de ibidem, et Simonis de ibidem, ... de Brzechow in terra Plocensi et districtu Bielsko, et Abrahae, necnon matris ipsius Beatae in Pieglowo et fratrum in Olschewo in terra Plocensi, data sunt. VP. r. XVI, 126.

772. —— „ —— Iohanni de Smilowicze, plebano in Schamborzecz, bona nob. Stanislai Schirek data sunt. VP. r. XVI, 126.

773. —— „ —— Stanislao de Chlewiska, curiensi regio, bona cum obligationibus certis Iacobi in Smagow et obligatio Nicolai Radostowsky in ibidem et sors ipsius in Radostow et alia quaecunque habet, necnon Nicolai Zborzenisky in Zdunkow, et obligatio in Skoloby et in utraque Ruskowicze et ubicunque habet, et Martini Parniczski in Parnicze et in Brzeschczani, et reformatio Catharinae relictae olim Lezioro in villa dicta Maczieiowicze et filii ipsius, et relictae Sandivogii Annae, in districtu Radomiensi, data sunt. VP. r XVI, 133.

774. —— *f. 5 Bartholomaei (24 aug.).* Rex testificatur Bartholomaeum Dzyvbel de Jezoro 3 laneos suos possessionatos alias wloky in villa Rzandow districtus Byelstyensis, in quibus Mathias Lysth, Stanislaus Rzask et Mathias Janczk cmetones resident, Nicolao de Canszicze in 30 fl. hung. impignorasse. VP. XVI, 82.

775. —— „ —— Rex Iohanni Tirnka de Radziborzany, Olstinensi et Osswianczimensi capitaneo, campiductorique suo generali, 100 marc. in taberna sua Mirzianczka in terra Cracoviensi ante Vieliczka inscribit. VP. XVI, 117.

776. —— *sabbato post Bartholomaei (26 aug.).* Iacobo Czayka de Schyyky medietas villae in Vnyeykovo Mathiae, Nicolai et Stanislai de Clycze, item Coskovo Iacobi, Andreae et Stanislai Gnylky, item sors in villa Wkra Elisabeth consortis Nicolai Wkrzensky in terra Plocensi et districtu Sulirzisch, item in Comonino Andreae Babol in terra eadem, item Nicolai Pessyo cum medietate molendini in Vnyerzysch districtus Plonensis datae sunt. VP. r. XVI, 108.

777. —— *dominica post Bartholomaei (27 aug.).* Christophoro Schidlowiecszsky, dapifero Cracoviensi et thesaurario principis Sigismundi, bona Iohannis Chelmsky Dzianczina, item sors trium terrigenarum in Sarnowo, item .... (deest) Sarnowsky in terris Maioris Poloniae data sunt. VP. r. XVI. 125.

778. *In loco campestri ad litus fluvii Pruth circa oppidum Carnowcze, f. 2 post Bartholomaei (28 aug.).* Rex testificatur Albertum Voytaschek de Chobrzenicza, cubicularium regium, 4 laneos haereditarios in villa Dziezno districtus Ripinensis pro 15 sexagenis pecuniae communis Stephano de Jaczwazin iure perpetuo vendidisse. VP. XVI, 84.

779. —— *f. 5 post Bartholomaei (31 aug.).* Iohanni Jukowsky, succamerario terrae Gostinensis, bona Daczbogii Jayko de Byelsko, Pauli Zabikon de Maiori Pomorzani, viduae Miodussowa de Baby, sors Leszniewsky et advocatia in Rogozowo in terra Gostinensi, et bona Iohannis Xyensky de Xienthe in terra Dobrzinensi, ac bona Annae viduae de Dyrly, Gregorii Garsziowsky de Jaczkowi, sors advocatiae Pauli in Glodawa molendinatoris ac sors Andreae advocati Golodaviensis ibidem in eadem advocatia in Glodawa in terra Lanciciensi et bona Iohannis Sgersky in terra Siradiensi, ac etiam bona Czepowskych germanorum cum patruo ipsorum in Czepow in terra Siradiensi, Nicolai Jvkowsky in terra Gostinensi ac reformatio uxoris suae Margarethae, quam habet in villa Szwierna, in terra Cuiaviensi, data sunt. VP. XVI, 116.

780. *In castris Moldaviae circa fluvium Pruth, f. 6 Aegidii (1 sep.).* Nicolao Gniewosz Crzasthowsky, cubiculario regio, bona Stanislai presbyteri de Galązow, Nicolai advocati in Crapiecz, Nicolai advocati in Bistrzicza monachorum, in districtu Lublinensi, Zavisii Wrzazowsky, Nyecz kmetonis de Sbignew in districtu Sandomiriensi data sunt. VP. r. XVI, 99.

781. *In loco campestri in terris Moldaviae circa oppidum Tarassowcze, f. 4 ante Nativitatis V. M. (6 sep.).* Iohanni de Przeramb, dapifero Siradiensi, bona Stanislai Mokrzewsky, Iohannis Gawin de Pnyvczicze et advocatia in Radomskie Andreae Thworowsky, medietas villae Lipowczicze Zavisii et uxoris eius, civium de Radomskie, Hieronimi de Lybischow, Thomae Skanczinowsky, Marci et uxoris eius de Borzikowka et Nicolai Cotziensky de Ziemieczin in terra Siradiensi data sunt. VP. r. XVI, 119.

782. —— „ —— Stanislao de Clewiszka, curiensi regio, bona Margarethae alias Marusa et Annae germanarum in Strzelowo, Zurczino, Clunya, Jaszkowo, Gomonyowicze, in districtu Naklensi, data sunt. VP. r. XVI, 123.

783. —— *f. 5 in vigilia Nativitatis V. M. (7 sep.).* Andreae Radzieiowsky, vexillifero Sochaczoviensi, bona nobilium terrigenarum Stiborii, Stanislai et filii eius in Coscieza, Iacobi, Iohannis et alterius Iacobi Pipiola, Martini plebani de Janowiecz, item Iacobi, Alberti, Michaëlis germanorum Swiansskovicz, Szwel, Andreae, relictae olim Stanislai, relictae olim Thro-

ya(ni) et relictae olim Cristini de Smigiewo, item Alberti Ciborowicz, Alberti Grzimkovicz, Stanislai, Nicolai, Laurentii, Iohannis, Mathiae, Adae, Martini, Stanislai Karzip. Alberti Stanczel, Iohannis Leczk, Mathiae Schaffranek, Petri Zebro, Stanislai Chlebowsky, Iohannis Pawlowsky, Thomae Bronischewicz de Olschevy in districtu Mlawensi, item Budek, Naquasky, Pawlowo et Liekowiecz, item Nicolai de Czarnoczino, Andreae de Vgiesdowo in Sulirziensi, Andreae Curek, Iohannis Barthkowicz et Nicolai germanorum, Laurentii Zaplieszny, Nicolai, Pauli Woythkowiczy, relictae olim Mathiae, item relictae Petri Richlik, Mathiae Curek de Rikaczewo, Nicolai Bunycza, Michaëlis Kierschowicz, Iohannis Nagorny, Pauli Sczepanowicz, Mathiae Basczaczy, Iohannis Gnath, relictae olim Sdzeskova Junoszka, Zavisii, Stiborii de Gumowo etiam Sulirziensis (districtus), Iohannis Stary Zaborowo in Mlawensi, item Cristini, Mathiae, Iohannis, Stephani germanorum Sdzacziczy, Alberti Proscz, Iacobi Niemierzicz, Boruthae, Iohannis germanorum, relictae olim Stephani et filiorum eius, relictae olim Andreae et filiorum suorum de Jastrzampky in Sulirziensi districtibus, item Meschowo et Vikowo hon. Stanislai Lipsky, praepositi Plocensis, obligata in terra Plocensi, item Felicis filii olim iudicis Sochaczoviensis et matris suae Suchnae reformatio in Mikolayewo in Sochaczoviensi et omnium terrigenarum in Plonensi districtibus consistentia praeter eos, quorum iam dedimus et concessimus aliis bona, data sunt. VP. r. XVI, 109.

784. *In loco campestri in terris Moldaviae circa oppidum Tarasowcze, f. 5 in vigilia Nativitatis V. M. (7 sep.).* Andreae Voliczsky bona Iohannis Klunowsky, plebani in Novemyastho, in Posnaniensi, Alberti Comorsky dicti Bona dies in Pizdrensi, Catharinae Bobrowska relictae olim Naczek et filii sui Andreae, Olechnae Siroschewska reformatio in eadem in Calissiensi districtibus, data sunt. VP. r. XVI, 114.

785. *In loco campestri circa curiam Hadir in Moldavia, f. 5 in vigilia Nativitatis V. M. (7 sep.)* Andreae Nisczicznski bona Nicolai, plebani in Zielona, in Plonensi, Iohannis Labancz, Petri Dunyn, Iohannis de Zady, Petri, Andreae germanorum de Wzdamborz, Nicolai Jawnicz de ibidem in Bielscensi, Adae, Pauli et Iohannis de Vithoslawicze, Stanislai Jaschkowicz de Cziolkowo et Vozniky, Alberti et Stanislai de Vozniky et Chomanthow, Nicolai Zaleski, Pauli in Vampili, Ramoldi in Malochow, Venceslai in Chelstowo, relictae olim Iohannis de Plona et Lunievo, Petri, Mathiae, Nicolai de Vampili, Andreae Ossman et Alberti de Obramp Minori, Pauli et Nicolai Agnyschowicz de Obramp in .... districtibus sita. data sunt. VP. r. XVI, 151.

786. —— *f. 6 Nativitatis V. M. (8 sep.).* Rex testificatur Iohannem Vydzga de Szypicze, succamerarium Belzensem, Hedvigim, consortem suam, legitimam tutricem puerorum suorum ordinasse. VP XVI, 84.

787. —— „ —— Clementi Cziolek Bieliensky sors in Inferiori Gorzno et Cobyla Vola in terra Sandomiriensi et districtu Radomiensi nob. Pauli Wanz Wilsky et corsortis suae data est. VP. r. XVI, 94.

788. —— „ —— Clementi Cziolek Bieliensky villa Gorzno Petri Zavischa Gorzinsky de Budzischin in districtu Radomiensi data est. VP. XVI, 94.

789. —— „ —— Paulo Zemak de Roszczischow, iudici terrestri Plocensi, bona Andreae Madalycz et Iohannis filii Bartholomaei de Comorovo, Iacobi Manticz de Starawiesz, Nicolai, Iacobi germanorum de Magna Bobrkowo, Janyk Iacobi Gusch, Mathiae Plachethka, Stephani Proboszczowicz, Petri Rzacziez, Nicolai Wczielewicz de Vszele, Mieszczethae et fratris sui de Magna Rzeschothary, et Gothardi, item Alexii Alberti Tomkowicz de Faly, item Wazyno Iohannis Wazinsky, subiudicis Plocensis, ubicunque habuerit, item Dominici de Conczurowo et Andreae fratris eius de Czeczersko (in) Raczyanznensi, item Przeracz, Myslyno, Dzirschno, Dampsk et Malevo in districtu Bielscensi Pauli Przeraczsky, item villa Cossky nobilium, item Iohannis Cranczirey in Babcz et Rochoczino, item sors Nicolai in Stroschaczino, item Balesch de Grochowarsko, Simonis de Orzeschky et aliorum terrigenarum de parrochia in Roszczischow in terra Plocensi data sunt. VP. r. XVI, 96.

790. —— „ —— Andreae Strasch bona Iohannis Baran in Superiori et Inferiori Cobilanka et Clenczany, Procopii in Ropicze in terra Cracoviensi data sunt. VP. r. XVI, 97.

1252. —— „ —— Rex nob. Imram Salomoni, ciui Cracoviensi, summam 8000 fl. hung.

mutui debiti in zuppis Wyelyczensibus ex cisticula, in quam pecunia aureorum pro sale minuto imponitur, certis sub conditionibus solvendos inscribit. CK. XVII, 167.

1253. *Cracovia, f. 5 post Iacobi (26 iul.)* Rex testificatur, quia Iohannes de Ostrorog, castellanus Posnaniensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, Dorotheae de Wrzessnya, coniugi suae, tenutas bonorum oppidi regalis Stobnycza cum villis Klapycze, Byalobosze, Sklanow, Kargow, Kargowska volya, Kanthy, Volya et Volycza in terra Sandomiriensi ac villarum suarum haereditariarum Topolna in Coninensi, Gunycze et Soleczna in Gneznensi et Pisdrensi districtibus, necnon tres scutellas argenteas 30 marcas argenti continentes, duas scutellas minores 5 marcas continentes, pelvim argenteam minorem et candelabrum minus argenteum, sex cochlearia argentea et unum craterem valentem 7 marcas donaverit. CK. XVII, 165, 166.

1254. —— „ —— Rex testificatur, quia Iohannes de Ostrorog, palatinus Posnaniensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, filiae Pollixenae, ex Dorotea de Wrzesnya natae, 3000 fl. in villis propriis hereditariis Choynovycze, Lagwi et Sewcze in Posnaniensi et Costensi districtibus inscripserit. CK. XVII, 166.

1255. —— *sabbato post Iacobi (28 iul.)*. Rex Myklvsch, agazoni suo, domum in civitate Nowa Szandecz, in platea Cracoviensi, inter domos Andreae Bathskowsky et Barthossii sutoris sitam, post mortem Varthslawski, civis et sutoris Sandeczensis, ad se devolutam, iure haereditario donat. XVI, 217.

1256. —— *dominica post Iacobi (29 iul.)*. Rex Frebroniam de Damborzs, palatinam Iunivladislaviensem, ac Nicolaum de Dzyalyn, filium ipsius, propter conservationem castri Brodnycza a praesenti expeditione bellica absolvit. CK. XVII, 167.

1257. —— *f. 3 post Marthae (31 iul.)*. Rex Benedictum Przebroczsky, qui nondum redierit de terra Walachiae alias de bello anno praeterito gesto, a praesenti expeditione bellica absolvit. CK. XVII, 167.

1258. —— „ —— Data est libertas per Mtem Regiam oppidanis in Costrzyn ab omnibus exactionibus propter destructionem, per nobiles ad bellum euntes factam, ad unius anni decursum vr lituram. r. XVII, 167.

1259. —— *f. 4 Petri ad vincula (1 aug.)*. Rex nob. Imram Salomon, civi Cracoviensi, summam 8000 fl. hung. debiti in zuppis Wielicziensibus ex cisticula, in quam pecunia aurcorum pro sale minuto imponitur, tollendam inscribit. VP. XVI, 225.

1260. —— „ —— Libertas Severino Herborth et fratri ipsius Iohanni super oppidum ipsorum Bruchnal, propter damna, quae in bonis et hominibus suis, per furtivum nuper Turcorum in terras nostras Russiae ingressum, igne et gladio perpessi sunt, ab omnibus solutionibus, teloneisque nostris non arrendatis adata praesentium per 12 annos immediate se sequentes dumtaxat duratura, data est. VP. r. XVI, 226.

1261. —— „ —— Rex pro Martino Broniewski, capitaneo Lubaczoviensi, advocatiam in villa Potilicz terrae Belzensis et districtus Lubaczoviensis, certis privilegiis iure haereditario erigit. VP. XVI, 227.

1262. —— „ —— Rex Iohannem de Cosczyelecz, palatinum Junivladislaviensem et capitaneum Dobrinensem, a praesenti expeditione bellica absolvit. CK. XVII, 167.

1263. —— „ —— Rex Nicolaum de Cosczyelecz, decanum Gnesnensem et praepositum Wladislaviensem, a praesenti expeditione bellica absolvit. CK. XVII, 167.

1264. —— „ —— Vladislaus, Hungariae et Bohemiae rex, litteris reversalibus confoederationem certam inter se per oratores suos et Iohannem Albertum, Poloniae regem, Cracoviae praesenti anno f. 6 Margarethae (13 iul.) factam, ratificat. XVII, 171.

1265. —— *sabbato ante Dominici (4 aug.)*. Maiestas Regia gen. Petronellam alias Pyotrussa Mirzanowska, de certa scientia sua, certis ex respectibus convenientibus atque dignis, a praesenti expeditione bellica ad Turcorum incursus prohibendos per se indicta, ad quam proficiscitur, feliciter absolvit. r. XVII, 168.

1266. —— *f. 3 ante Laurentii (7 aug.)*. Rex Iacobo de Schidlowiecz, capitaneo Sochaczoviensi et curiae thesaurario, 1000 fl. hung. in oppido Bolemow et villis Bolemowska wiessz et Hvmyn, in terra Sochaczoviensi sitis, cum pannipressorio alias folusch et iure patronatus, inscribit. VP. XVI, 227.

1267. —— „ —— Rex civitati Cameneczensi propter depaupertationem illius tempestate bellorum libertatem 15 annorum ab omnibus exactionibus et a depositorio Leopoliensi admittit. CK. XVII, 168.

1268. —— „ —— Rex oppidum Skala propter paupertatem ex hostium incursibus ad 15 annos ab omnibus exactionibus absolvit. CK. XVII, 169.

1269. —— „ —— Rex litteris ad consules Torunenses depositorium ibidem exsistens tollit. XVII, 173.

1270. *Sandomiriae, die Assumptionis V. M. (15 aug.)*. Rex Georgio duci Saxoniae ac marchioni Misznensi, qui petebat sibi et duci Frederico germano salvum conductum dari,

respondet, ut propter amicitiam absque concessione et sine aliqua suspicione iter in regnum Poloniae per Gedanum, Mariemburg et Elbingam faciat. XVII, 174.

1271. *Sandomiria, f. 6 post Assumptionis V. M. (17 aug.).* Augustino de Chalow bona seu reformatio Annae relictae olim Chaliowsky ibidem in Chalow data sunt. VP. r. XVI, 229.

1272. —— *f. 2 infra octavas Assumptionis V. M. (20 aug.).* Nicolaus Crzissky, scholasticus et canonicus Cracoviensis, coram Regia Mte $^1/_3$ partem bonorum suorum in Crzissko et Nouawiess in terra Wschovensi et districtu Costensi, Andreae et Petro, fratribus germanis suis, donat. VP. r. XVI, 236.

1273. —— „ —— Nicolaus Crzissky, scholasticus et canonicus Cracoviensis, coram Mte Regia, duas residuas sortes bonorum suorum in Crzissko et Nouawiess in districtu Costensi, Andreae et Petro, fratribus suis germanis, pro 500 marcis vendit. VP. r. XVI, 236.

1274. —— *f. 3 ante Bartholomaei (21 aug.).* Rex aream liberam in castro Cracoviensi, ubi stabulum capitanei Cracoviensis erat, reginae Elisabeth, matri suae, pro aedificanda domo donat, quam domum regina Catharinae Boguphalowa pro servitiis donat. XVI, 229.

1275. —— „ —— Rex Iohannem Czyrsky, terrae Dobrzinensis succamerarium, tanquam valetudinarium una cum Iacobo de Czarne, nepote eius, aliisque nepotibus a praesenti expeditione bellica absolvit. CK. XVI, 169.

1276. —— *f. 4 infra octavas Assumptionis V. M. (22 aug.).* Rex Petro Kmitha de Vissnicze, marsalco regni et Scepusiensi capitaneo, 400 marc. in oppido Soliecz inscribit. VP. r. XVI, 236.

1277. —— „ —— Rex Nicolao Brodnyczky 2 laneos lab. Iohannis Smyczka, circa Soczaviam, f. 6 Michaëlis (29 sep.) anno 1497 datos, iterum donat. VP. r. XVI, 237.

1278. —— „ —— Rex ratione libertationis ab expeditione bellica tribunorum et terrigenarum uxorum, bona haereditaria habentium, decretum fert et Barbaram de Wrzesnya, Nicolai Missopath, tribuni Sandomiriensis, uxorem, a dicta expeditione absolvit. CK. XVII, 169.

1279. —— „ —— Mtas Regia nobilem Florianum Waczowsky a bello liberavit et dimisit propter bonorum ipsius in Russiae terris destructionem, per Turcos et Walachos novissime commissam, pro hac vice duntaxat. r. XVII, 169.

1280. —— „ —— Mtas Regia nobilem Iosephum de Xanythe ad tuitionem et prouisionem castri Bobrownyki deputat, propterea que hac vice duntaxat a bello absolvit, sic quod stante bello praesenti in castro illo resideat, illiusque reformationem et defensionem intendat. r. XVII, 169.

1281. —— *f. 6 Bartholomaei (24 aug.).* Rex Lucae de Gorka, capitaneo Siradiensi, 4000 fl. hung. pro die Bartholomaei (24 aug.) anni 1499 solvere seu in oppido Radzeyowiensi in terra Bresthensi demonstrare obligatur. VP. XVI, 241.

1282. —— „ —— Rex Jarando de Brudzewo, castellano Spiczimiriensi, et consorti eius Catharinae de Gorka oppidum Wartha in districtu Siradiensi tenendum dat ad exsolvendum debitum 3000 fl. hung., quos ab olim Uriele de Gorka, episcopo Posnaniensi, mutuaverat. VP. XVI, 242.

1283. —— *sabbato in crastino Bartholomaei (25 aug.).* Nicolao de Curozwanky, castellano Siradiensi, bona Iohannis de Podliessie ibidem et Sroczkow in terra Sandomiriensi data sunt. VP. r. XVI, 223.

1284. —— *f. 4 decollationis Iohannis Baptistae (29 aug.).* Rex, ad petitionem Mathiae de Stara Lomza episcopi et omnium nobilium terrae Chelmensis, litteras Casimiri IV regis, in loco exercituum circa oppidum Radzym, f. 4 post Conceptionis V. M. (11 dec.) anno 1454 datus, reformationem constitutionum regni Poloniae in se continentes, confirmat. VP. XVI, 230.

1285. —— *mense Augusto.* Rex Lucae de Gorka, qui sibi capitaneatum Siradiensem sua sponte et liberaliter resignavit, summam 5000 fl. hung. in hoc capitaneatu inscriptam pro festo Bartholomaei proxime venturo (24 aug. 1499) solvere promittit. XVI, 228.

1286. —— *sabbato Aegidii (1 sep.).* Dilatio termini solutionis summae videlicet 600 fl. in auro et 700 fl. in mediis grossis pro festo Nativitatis Domini proxime futuro gen. Iohanni Szmolik, cassando omnes priores litteras nostras inscriptionis in et super oppido nostro Schlumnyky, in terra Cracoviensi sito, sub forma cancellariae solita (data est). VP. r. XVI, 230.

1287. —— *f. 5 ante Nativitatis V. M. (6 sep.).* Rex Nicolao, Wenceslao, Iohanni et Stanislao de Cosczyelecz germanis, tenutariis oppidi regalis Gnyewkow, oppidum illud Iohanni Jukowsky, succamerario Gostinensi, in summa 800 fl. hung. inscribere consentit. CK. XVII, 174.

1288. —— *f. 6 Exaltationis Crucis (14 sep.).* Rex Lutholdo Galiewski obligationes monasterii Wieruschowiensis super 4 laneos in Czeszeczin, item civium Wieruschowiensium, quam habent in labb. Stanislao in Galiewicze et Alberto in Czeszeczin, in terra Vielunensi, ad Soczavam f. 5 Venceslai (28 sep.) anno 1497 donatas, confirmat. VP. r. 237.

1289. *Sandomiria, f. 6 Exaltationis Crucis (14 sep.).* Rex 1000 fl. hung. Iohanni Vozniczky, succamerario Lanciciensi et capitaneo Ravensi, cassando priores inscriptiones, in villa Regnow districtus Ravensis inscribit. VP. XVI, 239.

1290. —— *dominica post Exaltationis Crucis (16 sep.).* Rex donationem bonorum Mathiae et Iacobi de Cuthi, Raphaëlis plebani et haeredis in Raysko, Mathiae de Godzianthkovo et consortis ipsius Barbarae et viduae de Godziantovo, Derslai, Stephani, Iohannis germanorum de Minori Siulymowo dicto Chrosna et sortis praedicti Iohannis, quam habet in Twuczevo, Mathiae Mikosch sortis, quam habet in Osczeklino, et reformationis Barbarae consortis praefati Mathiae Mikosch, quam habet a marito suo priori in Surgost, hon. Alberti in Sduny et haeredis in Tursko, Stanislai de Chlewo dicti Podawcza et consortis ipsius, Iacobi germani ipsius Podawcza de eadem Chlewo, viduae de Thlumokova volya, Stanislai Pliewienski sortis, quam habet ibidem, in Calissiensi et Siradiensi districtibus, ad Soczavam, f. 2 post Francisci (9 oct.) anno 1497 Iohanni Zaramba de Calinova, curiensi suo, factam confirmat. VP. r. XVI, 237.

1291. —— *f. 3 ante Matthaei (18 sep.).* Rex Jarando de Brudzew, castellano Spiczimiriensi, bona Drahim et Walcz de manibus Lucae de Gorka, capitanei Siradiensis, eximere admittit. VP. XVI, 242.

1292. —— *f. 4 ante Matthaei (19 sep.).* Rex, iuxta concessum olim Casimiri, patris sui, reformationem dotis et dotalitii Catharinae protunc nob. Iohannis Obermulch, nunc vero Iohannis Galczowski consortis in villa regali Plonka et villis Lypye ac Rudnik terrae Chelmensis inscribere admittit. XVI, 238.

1293. —— *sabbato post Matthaei (22 sep.).* Rex donationem bonorum Alberti Canyewsky, plebani in Clobya, necnon obligationis Alberti Lubyenyeczsky, quam habet in Zydow in districtu Brzesthensi, ad Soczaviam f. 3 ante Michaëlis (26 sep.) anno 1497 Chebdae Nagorsky factam confirmat. VP. r. XVI, 239.

1294. —— „ —— Rex scultetiam in villa Mnyschkovycze et sortem haereditariam in Zawada aliaque bona propter non expeditionem bellicam Iohannis abbatis et totius conventus monasterii Thynecensis Andreae Lubowieczky de Nyeprzossnya donat. XVII, 176.

1295. —— „ —— Bona nobilium Stanislai et Elisabeth de Syrsko coniugum, Andreae, Iohannis et Mathiae de Mysleczyno, Nicolai et Stanislai de Dambrowka et Alberti de Vyczerzewo, quaecunque et ubicunque habent, propter non expeditionem bellicam donata sunt nobili Creslao de Dovyerzyno suisque successoribus et litterae sunt receptae sub tenore suprascripto sabbatho post Matthaei. r. XVII, 176.

1296. —— „ —— Bona infrascriptorum nobilium sunt distributa per Mtem Regiam (propter absentiam ab expeditione bellica). Impetrarunt: *Andreas de Zaxyn, castellanus Lanciciensis* bona: Brigittae olim Nicolai Bronowsky, castellani Spicimiriensis, relictae villas Dambrowka, Slupcza in Lanciciensi, Osnysow in Cuyaviae terris, nob. Iacobi Racovyeczky in terra Lanciciensi ubicunque habet, item Zavyssij Lankowsky in Kasszewo Lanciciensi; *Mathias de Droszew* bona: Dorotheae Galanska de Minori Galansky, Barbarae Galanska, Ewae Przybkowa et Lucae de Maiori Galansky, Iohannis Drozewsky Kunath cum Dorothea uxore de Droszevo et Pyatek, Dobrogostii Sulyslawsky, Mathiae Paluch Podkaczky, Abraham Sczypyersky, Nicolai Lezensky Brodawka, Alberti Lathowsky, Iohannis Svlyma in Maiori Pawlowo, Pauli de Gnyasdowo, Andreae Bobrowsky — in terra Calissiensi; *Stanislaus Lassoczky, succamerarius Posnaniensis*, bona: Martini Sczavynsky de Sycherzs et alia, quae tenet in districtu Gostinensi, Valentini Baruchowsky et nepotum eius, Alberti Domanyowsky, Stanislai Karkvska Goloczky, Michaelis Golsky, Stanislai Bykowsky, Lucae Bandonsky Curoczlovycz, eius vicini Iohannis, archidiaconi Choyensky cum fratre suo indiviso, Iacobi de Rawa advocati, qui tenet villam Vola Magna a Iacobo de Dobrzelynsky alia Parva Vola — in terra Lanciciensi; *Andreas Lvbyenyeczky de Nyeprossnya*: scultetiam in Mnyschkovycze et tabernam cum ortulano in Zawadka, de quibus neque praesenti, neque practerito annis ad bellum expediebat monasterium Thynecense; *Michael Powiczky* advocatiam Stanislai advocati in Povydz; *Iohannes Bloch de Camyenycza* bona: Martini Bodek, quae tenet in Sczebrzyschow invadiata, nob. Hedvigis Wrzesczowa, oppidanae de Gnyewkow, quae tenet in Vyelavyesz invadiata, Iohannis Phyol et Andreae de Gorzechowa germanorum, quae habent haereditaria in Gorzechowa, in Rambyelino, Strupczewo cum advocatia, quam habet Iohannes in Parzym, item alterius Iohannis in Strupczewo item Martini de Strupczewo, quae tenet in Paprothky; *Iohannes Sarnowsky*: bona Martini de Sarnowy universa bona ubicunque sita in terra Posnaniensi, de quibus servitio debetur bellica; *Martinus*: bona Stanislai et Petri Thopolsczy nominati Goli et privignorum suorum. r. XVII, 176.

1297. —— *dominica post Matthaei (23 sep.).* Rex donationem bonorum Nicolai Varda, Stanislai et Mathiae filiorum praefati Vardae in Dzyvanovo et Parva Swirczyno, hon. Iohannis Mylewsky et sororum ipsius, Caspari Chorzewsky, Stanislai et Mathiae germanorum de Zyrzavy, Heliae, Nicolai, Petri filiastrorum praefati Heliae de Bylkovo et aliorum de ibidem,

Iacobi Mnych et uxoris eius de Maiori Czyeschevo, in terra Plocensi, ad Soczaviam, f. 3 ante Michaëlis (26 sep.) anno 1497 Mathiae Vithoslawsky factam confirmat. r. XVI, 239.

1298. *Sandomiria, f. 2 post Matthaei (24 sep.).* Rex donationem bonorum Iohannis Brach in Swirzany districtus Leopoliensis, ad Soczaviam anno 1497 Iohanni de Senno, castellano Malogostensi factam, confirmat. VP. r. XVI, 240.

1299. —— *f. 3 ante translationis Stanislai (25 sep.).* Jobo Sokolnyczsky a rege permissio data est inscribendi 800 marc. dotis et dotalicii Petronellae de Dobrzany, uxori suae, in bonis regalibus Vodnyky, Plechow, Sokolnyky et Miratui, tenutae suae, in terra Leopoliensi sitis. VP. r. XVI, 240.

1300. —— „ —— Rex Iohanni Lyessyeczsky teloneum aggerale alias groblowe, ratione reformationis viae et transitus per fluvium Swyandrew in villa ipsius Moravyno districtus Calissiensis concedit. VP. XVI, 240.

1301. —— *f. 4 vigilia translationis S Stanislai (26 sep.).* Rex Iohanni de Thanczin, capitaneo Sandomiriensi, indulget, ut pro nepte sua virgine Anna olim Sbignei de Thanczin, succamerarii Cracoviensis, filia ex olim Catharina de Pleschow, consorte sua concepta, equites certos armatos iuxta bonorum eiusdem Annae exigentiam inter nobiles terrae Lublinensis ordinet. CK. XVII, 175

1302. —— *f. 5 translationis Stanislai (27 sep.).* Andreae Lypowsky bona Stanislai Łąszky in terra Sandomiriensi et Iohannis Dilang in districtu Lublinensi data sunt. VP. r. XVI, 241.

1303. —— *sabbato Michaëlis (29 sep.).* Libertas data villis videlicet: Drohovisch, Vsczye, Rozwadow, Werynye, Radzyeyczycza, Stholsco et Now in terra Leopoliensi et Kolvyecz in districtu Drohobicensi tenutae gen. Andreae Tharlo de Szecharzovicze a fumalibus et stationibus regni ad 6 annorum decursum. VP. r. XVI, 243.

1304. —— „ —— Rex bona Martini Rodek de Sczebrzyschow, Hedwigis Wrzesczowa, oppidanae de Gnyewkow, Iohannis Phyol et Andree germanorum de Gorzechowa, Iohannis et Martini de Strupczewo, quaecunque et ubicunque habent, propter ipsorum non expeditionem bellicam Iohanni Bloch de Camyenycza terrigenae pro meritis donat. CK. XVII, 175.

1305. —— „ —— Rex ad instantiam Mathiae quondam Camenecensis, nunc vero Chelmensis episcopi privilegium super bona mensae episcopalis Camenczensis, videlicet, castrum et oppidum Czarnokosnycze ac villas Cosovycze, Mykulyncze Voskrzesencze, Zalesye, Nyewra Maior, Nyewra Minor, Voythowcze, Mychalkow, Uscze, Pusze, Zyrkowcze, in Camenecensi, oppidum et villas Czyrucz, Zagorze, Bysmyesczany, Nychynya, Chropotowa, Denkowcze, Noschakowcze alias Wythna, in Smotriciensi, Karczmarzowcze, Popowcze, Vaszylowcze, Hawdykowcze, Ranczyncze et Mykulyncze in Rowensi districtibus in terra Podoliae, ac Pszonna in Vynnyciensi .... et Mathnowcze in Braczlaviensi districtibus ab Alexandro alias Wytholdo duce donata, innovat. XVII, 177.

1306. —— „ —— Rex Nicolao Crusborsky, qui villam Dwor ex consensu regio pro villa Sobyessyrnye commutaverat, advocatiam in eadem villa Sobyessyrnye ab advocatis modernis Abraham et Thoma emere consentit. CK. XVII, 182.

1307. —— „ —— Rex Nicolao Crusborsky tenutario villae Sobyessyernye dotalitium super summis in Sobyessyrnye inscriptis consorti suae nob. Dorotheae de Kyyowo inscribere admittit. CK. XVII, 182.

1308. —— „ —— Rex Febronyae de Domaborzs, palatinae Junivladislaviensi et capitaneae Brodnyczensi, relictae ac Nicolao de Dzyalin, filio olim Nicolai Dzyalinsky, palatini Junivladislaviensis et tenutarii Brodnyczensis, villam Sobyessyrnye tenutae ipsorum, ad Brodnycza pertinentem, pro villa Dwor in terra Michaloviensi et districtu Ludbargensi cum Nicolao Crusborsky tenutario villae eiusdem commutare admittit. CK. XVII, 182.

1309. —— *f. 5 Francisci (4 oct.).* Rex Nicolao de Zdzyeslauicze 380 fl. hung. in villa Wyazownycza, ad castrum Sandomiriense pertinente, inscribit. VP. XVI, 243.

1310..... *f. 6 ante Hedvigis (12 oct.).* Rex Iacobo Schidlowyeczsky, thesaurario curiae, villam Schymanow districtus Sochaczoviensis iure haereditario ad excessum genealogiae seu sexus masculini eius donat; dum sexus masculinus Iacobi defuerit, extunc Petrus Schidlovyeczsky, frater ipsius germanus, dictam villam eodem iure tenebit, solutis tamen 800 marcis filiabus seu propinquis Iacobi; exstincto vero sexu masculino Petri, Regia Mtas villam rehabebit, solutis tamen 800 marcis propinquis ipsius Petri. VP. XVI, 243.

1311. —— „ —— Mtas Regia villis Noszow, Clyczanow, Rotharzin, Pyotrow in capitaneatu Sandomiriensi sitis, quae sunt Iohannis Buynowsky, praepositi in Busko, libertatem concessit hinc ad 6 annos a laboribus, stationibus, solutionibus, oneribus et exactionibus, tam Suae Mtis, quam reipublicae et praepositi praedicti etc. mandando capitaneo conservari ipsos in libertate praesenti. r. XVII, 179.

1312. *Nova Civitas Corczin, sabbato ante Hedvigis (13 oct.).* Rex duos plebanatus in Grodek et Striy pro fundo et mensa vicariorum perpetuorum in ecclesia metropolitana Leopoliensi donat. VP. XVI, 244.

1313. *Cracovia, f. 5 ante Martini (8 nov.).* Gen. Sigismundus Hvwnowsky de Radzanow, coram Mte Regia personaliter constitutus, recognovit se teneri 100 fl. hung certi debiti Spithkoni de Jaroslaw, palatino Cracoviensi, quos se sibi soluturum obligavit in 3 septimanis pro nunc instantibus (festis) Nativitatis Christi proxime futuris sub bona fide et honore, iuxta litterarum suarum, quas ipsi palatino dedit, continentiam et effectum. r. XVI, 246.

1314. —— *f. 6 ante Martini (9 nov.).* Zauissio de Conradziecz, castellano Plocensi, bona data propter effugium de bello, sine licentia Regiae Mtis, a loco ordinationis, qui fuit circa Sandomiriam, nobb. Alberti Myschowski, Andreae Nyschcziczki, Stanislai et Iacobi fratrum de Borkowo. VP. r. XVI, 246,

1315. —— *dominica Martini (11 nov.).* Rex Iacobo de Drzeuicza, castellano Zarnoviensi, $^1/_3$ partem molendini regii in Opoczno, super magna piscina, de manibus Bartholomaei et Stanislai Wyecha, oppidanorum de Opoczno, pro 200 marcis eximere permittit. VP. XVI, 247.

1316. —— *sabbato ante Praesentationis V. M. (17 nov.)* Regia Mtas dat consensum obligandi et inscribendi 6 marcas pecuniarum census annui in et super teloneo ad bona Rabstin pertinente rel. priori et conventui suo s. Catharinae de Kazimiria pro 200 fl. hung. VP. r. XVI, 246.

1317. —— „ —— Thomae Barthniczski, vexillifero Plocensi, data sunt bona propter eundem respectum nob. Petri Gyzinski. VP r. XVI, 246.

1318. —— *f. 2 Elisabeth (19 nov.).* Consensus Andreae Radzyeyowsky ad eximendum oppidum Plonsko modo extenuatorio de manibus ven. Michaëlis Prazmowski in summis pecuniarum in eisdem bonis iuste et legitime inscriptis, in forma cancellariae solita, iuribus regalibus et stationibus salvis. VP. r. XVI, 247.

1319. — *f. 4 Praesentationis V. M. (21 nov.).* Rex, ad petitionem Mathiae de Drzewycza, praepositi Skarbymyriensis, secretarii sui, litteras Vladislai II, Poloniae regis, super locatione oppidi Drzewycza in terra Sandomiriensi, in Nyeschava, in crastino Ascensionis Dni (6 mai) anno 1429 datas, confirmat VP. XVI, 248.

1320. —— *f. 5 ante Catharinae (22 nov.).* Rex testificatur Iohannem Komorowssky de Zywyecz et Michaëlem et Andream Horuath, fratres germanos, tenutarios castrorum Horawa et Lycava, sibi 3500 fl. in auro et 500 fl. in moneta mutuasse, aliaque 4000 fl. mutuare promisisse; utramque hanc summam coniunctim Regia Mtas in castro et bonis Osswyaczym inscribere obligatur. VP. XVI, 252.

1321. —— *dominica Catharinae (25 nov.).* Rex Marcissio de Wroczymovycze, castellano Polaneczensi, privilegium olim Casimiri regis super ius thetonicum datum villis Syedlysca, Sandzyschowa, Brzana et Przedancza ac etiam villae Fałkowa in vicinitati praedictarum villarum in terra Cracoviensi et districtu Sandecensi sitis innovat. CK. XVII, 179.

1322. —— *f. 4 ante Andreae (28 nov.).* Rex testificatur Olyechno Skorutha de Mlodathycze consortem suam Margaretham tutricem liberorum suorum constituisse. VP. XVI, 250.

1323. —— *f. 6 Andreae (30 nov.).* Datus est consensus genn. Stanislao et Iohanni de Sprowa germanis obligandi villam nostram regalem Brudzouicze, in terra et districtu Opoczensi sitam, in summis pecuniarum in eadem iuste et legitime inscriptis, ven. Mathiae Drzeuiczki, praeposito Scarbimiriensi, et fratribus suis, in forma cancellariae solita. VP. r. XVI, 253.

1324. —— *f. 2 vigilia Barbarae (3 dec.).* Rex Michaëli Krzeczowsky villam regalem Malnow districtus Premisliensis nob. Fyedkoni et fratribus eius indivisis de Zamoscze in 95 marcis obligare permittit. XVI, 251.

1325. —— *f. 4 vigilia Nicolai (5 dec.).* Regia Mtas donavit stationem oppidi Stawischin et villarum ad illud pertinentium gen. Nicolao Gardzina, castellano Landensi, per ipsum ad tempora vitae suae extrema percipiendam. VP. r. XVI, 252.

1326. —— *f. 6 vigilia Conceptionis V. M. (7 dec.).* Rex Vincencianae de Wgyazd, relictae olim palatini Brestensis, ratione satisfactionis debiti pro servitio sibi exhibito filii sui olim Hieronymi Dvnyn, curiensi sui, de consensu fratrum eius, teloneum Rawense pro 410 fl. a festo Nativitatis Christi proxime venturo per duos annos arrendat. VP. XVI, 253.

1327. —— „ —— Mtas Regia ven. Nicolaum de Cosczelecz, praepositum Vladislaviensem, a praesenti expeditione bellica hic in praesentiarum contra Turcos decreta liberavit, sic tamen quod loco sui equites iuxta suorum exigentiam bonorum expediat inter alios terrigenas bellaturos. r. XVII, 179.

1328. —— *dominica post Conceptionis V. M. (9 dec.).* Mtas Regia gen. Nicolaum Borzymowsky, vexilliferum et exactorem Brzestensem, a praesenti expeditione bellica, in prae-

sentiarum contra Turcos decreta, liberavit pro hac vice duntaxat, sic tamen quod interim exactiones ipsas diligentius exigere debeat. r. XVII, 179.

1329. *Cracovia, f. 3 post Conceptionis V. M. (11 dec.).* Rex certum decretum ratione controversiae granitierum inter hon. Georgium in Moravycza et Lucam de Gorka, capitaneum Siradiensem et haeredem de Olexandrowycze, per commissarios a cardinale Friderico, fratre regio, deputatos institutum, confirmat. XVI, 254.

1330. —— *f. 5 Luciae (13 dec.).* Rex recognovit se Andreae de Thanczin, castellano Woyniczensi, 1000 fl., partem pro debito olim Sbignei, succamerarii Cracoviensis, germani sui, pro quo Iohannes Szemyenski et Nicolaus Lanczkoronski pro se fideiusserunt, partem vero pro area, quam apud ipsum emerit tenere, quos pro festo Pentecostes proximo (19 mai 1499) se solvere obligaverit. VP. XVI, 255.

1331. —— *f. 6 post Luciae (14 dec.).* Rex nemini facultatem eximendi bona Skarzischewo cum villis pertinentibus et villas Rankowo et Bobowo, donec ea Andreas de Borzyschew tenuerit, dare promittit. VP. XVI, 255.

1332. —— „ —— Rex ad petitionem Olechnae de Chozowa olim Nicolai de Thanczin, palatini Russiae generalis, consortis relictae, litteras Casimiri regis, Wylne, f. 3 Floriani (4 mai) anno 1484 super reformationem dotis sibi ab olim marito praefato factam datas, confirmat. CK. XVII, 180.

1333. —— „ —— Rex litteras Casimiri IV regis anno 1491 in Corczyn, f. 5 infra octavas Pentecostes (26 mai) datas, continentes in se inscriptionem nonnullarum villarum Olechnae a marito ipsius Nicolao de Thanczin, gladifero Cracoviensi, factam, nunc ad petitionem eiusdem Olechnae de Chozowa confirmat. CK. XVII, 180.

1334. —— *sabbato post Luciae (15 dec.).* Similis littera data est gen. Nicolao Spoth in eadem forma super villas Szadlavk et Myran, Czygyfvs. r. XVI, 255.

1335. —— „ —— Data est littera Petro Guyady super castellanatum Czechoviensem, in forma cancellariae solita r. XVI, 255.

1336. —— „ —— Data est inscriptio gen. Stanislao de Cvrozwanki, capitaneo Wyelunensi, super 500 fl. in et super bonis nostris regalibus castro et civitate Wyelunensi ac villis omnibus, ad ea pertinentibus VP. r. XVI, 256.

1337. —— „ —— Rex conventui in Brzesko ius theutonicum super oppidum Brzesko et villas Gonow, Myschow, Gruschow, Nankanovycze, Chebdow, Dzwyenya, Spitary et Sarbye a regibus Poloniae donatum confirmat. CK. XVII, 180.

1338. —— *f. 2 post Luciae (17 dec.).* Rex, ad petitionem Pauli Szworcz, magistri montium in Vieliczka et zupparii Cracoviensis, litteras Casimiri III, regis Poloniae, super fundationem et erectionem montium et salario magistri, in Zarnoviecz, dominica (?) in octava Assumptionis V. M. (22 aug.) anno 1355 datas, confirmat. VP. XVI, 256.

1339. —— *f. 2 ante Thomae (17 dec.).* Rex terminum solutionis summarum 600 fl. in auro et 900 fl. in mediis grossis Iohanni Smolyk pro Nicolao de Camyenyecz, capitaneo Cracoviensi, debitarum ad festum Michaëlis proximum (29 sep. 1499) prorogat. VP. XVI, 256.

1340. —— *f. 3 ante Thomae (18 dec.).* Rex Nicolao et Stanislao, subpincernae Sandomiriensi et curiensi suo, de Brzezye germanis, tenutariis in Dobczicze, oppidum regale Tymbark cum villis Slopnycza et Kanky, tenutae ipsorum, Iohanni Jordan de Zaklyczin obligare consentit. CK. XVII, 156.

1341. —— *f. 5 post Luciae (20 dec.).* Rex Beatae de Thanczin, relictae olim Iohannis Odrowansch, palatini Russiae, castrum et civitatem Rawa cum villis pro 1500 marcis et 1600 fl. hung. iure reemptionis vendit. VP. XVI, 260.

1342. —— *f. 5 vigilia Thomae (20 dec).* Rex Martino de Wroczimowicze, castellano Polanecensi, villam Cordzieza terrae Lukoviensis eiusque successoribus sexus masculinii iure haereditario certis sub condicionibus donat. VP. XVI, 258.

1343. —— *sabbato in crastino Thomae (22 dec.).* Data est quaedam area deserta Stolczwinska dicta in suburbio inter castrum superius et civitatem Leopoliensem sita, nob. Petro Swarthowsky, vicecapitaneo Leopoliensi, ad tempora vitae suae extrema possidenda. VP. r. XVI, 261.

1344. —— *sabbato in vigilia Nativitatis Christi (22 dec.).* Beathae de Thanczin, relictae olim Iohannis Odrowansch, palatini Russiae, datus est consensus ad eximenda alia omnia bona cuipiam per quempiam obligata modo solito, curru bellico si datur excepto. VP. r. XVI, 261.

1499.

1345. *Cracovia, vigilia vigiliae Epiphaniae Dni (4 ian.).* Rex mercatoribus Stephani palatini Moldaviae ad civitatem Leopoliensem cum mercibus euntibus, salvum conductum admittit. XVII, 181.

1346. —— *f. 5 ante Laetare (7 mar.).* Rex castrum et oppida Vyssna, Vanssosche et Radzylovo cum villis Iacobo de Glinky, capitaneo Gostinensi, pro 3000 fl. hung. iure reemptionis vendit. VP. XVI, 262.

1347. —— *f. 3 post Laetare (12 mar.).* Rex Nicolao Gardzyna, castellano Landensi, bona Glynno in terra Siradiensi de manibus Nicolai Wyessyolowsky eximere admittit. VP. XVI, 264.

1348. —— „ —— Rex Mathiam, Iohannem et Martinum, filios minorennes olim Mathiae Glowaczssky, tribuni Siradiensis, ab expeditione bellica ad trium annorum decursum absolvit. VP. XVI, 266.

1349. —— *f. 4 post Laetare (13 mar.).* Rex Nicolao Gardzyna de Ludbrancz, castellano Landensi, villam Vinary in terra Siradiensi de manibus Lucae Kyelbassa eximere denuo admittit. VP. XVI, 265.

1350. —— *f. 5 ante Iudica (14 mar.).* Rex testificatur Iohannem Thrnka de Raczyborzany, campiductorem generalem regni, capitaneum Sandecensem, Oszwyanczimensem et Olstinensem, 4000 fl. hung., quos habet in castro Olsthin ac oppidis Czastochova et Przyrow cum villis, Catharinae de Pok, consorti suae, donasse. VP. XVI, 267.

1351. —— *f. 3 post Judica (19 mar.).* Rex molendinum cum tunsorio panni et sarra in villa regali Dobyegnyevy districtus Kovalensis, tenutae Sassyni Thrampsky, Stanislao molendinatori de ibidem pro 12 sexagenis solidorum polonicalium vendit. VP. XVI, 268.

1352. —— *f. 6 ante Ramispalmarum (22 mar.).* Rex Georgio Schaschowssky, curiensi suo, 400 fl. hung. in advocatia in Lypnyk terrae Osswyaczimensis demonstrat. VP. XVI, 269.

1353. —— *f. 3 Paschae (2 apr.).* Rex Spithkonem de Jaroslaw, palatinum Cracoviensem, in capitaneum Costensem promovet et 737 marc. debiti ex proventibus dictus capitaneatus recipiendas assignat. VP. XVI, 271.

1354. —— *f. 2 post Conductus Paschae (8 apr.).* Renovatio reformationis litterarum nob. Barbarae, relictae olim gen. Floriani de Zychlin, quae continentur in regestris Gregorii de Ludbrancz sub data: Posnaniae, f. 6 in vigilia Margarethae (12 iul.) anno 1493, data est. VP. r. XVI, 272.

1355. —— „ —— Rex tria opera montanica salicidorum in zuppis Wyeliciensibus, per reginam Elisabeth, matrem suam, a Luca de Czchow plebano empta, duo videlicet opera Loy et Chwalek nuncupata et in camera Wesschka, tertium Turek appellatum in camera seu monte Mokrosch, iacentia, capellanis capellae regiae S. Crucis in castro Cracoviensi donat. VP. XVI, 274.

1356. —— *f. 4 ante Tiburtii et Valeriani (10 apr.).* Rex, ad petitionem Mathiae Drzewyczssky, Scarbimiriensis et s. Floriani in Cleparz praepositi, canonici Cracoviensis et secretarii sui, oppido ipsius Scarbimirz a quolibet curru, mercibus onerato ad dictum oppidum pro foro annuali et septimanali veniente, per duos ternarios tollendi facultatem dat. VP. XVI, 272.

1357. —— *f. 5 ante Tiburtii et Valeriani (11 apr.).* Rex, attentis dampnis Theoderici, episcopi Lubuczensis, quae in bonis Magna Opathow anno superiori per armorum gentes ad bellicam expeditionem generalem proficiscentes pertulit, stationem e dicto oppido per 4 annos dicto episcopo donat (deletae). VP. XVI, 273.

1358. —— „ —— Rex bona Myklvschouicze prope Nyepolomycze apud Stanislaum Czykowssky pro 1300 marcis emit. VP. XVI, 274.

1359. —— *f. 6 post Conductus Paschae (12 apr.).* Rex ad petionem Nicolai Cosowsky villas Cossow, Mosczenycza et Volyamosczenyczka, in districtu Pyothrcoviensi, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. VP. XVI, 278.

1360. —— *sabbato ante Tiburtii et Valeriani (13 apr.).* Libertas bonis monasterii S. Crucis in Calvo Monte damna per belligeros novissime passis et vastatis trium annorum ab omnibus constitutionibus et exactionibus institutis vel quomodolibet instituendis data. VP. r. XVI, 276.

1361. —— *dominica Tiburtii et Valeriani (14 apr.).* Rex Lucam de Gorga, castellanum Spiczimiriensem, a iuramento fidelitatis, ratione tenutae castri Syradz, absolvit. VP. XVI, 276.

1362. *Cracovia, dominica Tiburtii et Valentini (14 apr.).* Rex debitum 4000 fl. hung. in bonis Radzyeyow in terris Cuyaviae inscriptum Lucae de Gorga, castellano Spiczimiriensi, in oppidum Pobyedzysska cum villis Polszkawyesz, Wanglewo, Koczunowo, Gyrzyno et Rybythwy in terra Maioris Poloniae transponit VP. XVI, 277.

1363. —— *f. 2 in crastino Tiburtii et Valeriani (15 apr.).* Rex ad intercessionem Sigismundi Hungariae et Bohemiae regis pacem cum Stephano palatino Moldaviae concludit. XVII, 185.

1364. —— „ —— Rex cum Vladislao rege Hungariae et Bohemiae, fratre suo germano, pacem perpetuam facit. XVII, 187. 189.

1365. —— „ —— Rex testificatur, quia Iohannes de Ostrorog, castellanus Posnaniensis, ex una, et Hieronimus Zaklyka de Myedzygorze, ex altera parte, certam divisionem bonorum post mortem olim Iohannis Czyzowsky, consanguinei ipsorum, ad se devolutorum fecerint. Iohannes de Ostrorog accepit: medietatem oppidi Dzaloszycze, praedii Chmyelow ac villarum: Jacubowycze, Syszczicze, Parszywka, Volya, Jastrzambnyky, Nyevyatrovicze, Dzekanowicze, Vyasdowycze, Slupow, Pyroczicze, Irzykowycze, Sczotrkovycze, domum Cracoviae cum horto in Casimiria et piscina in fluvio Rudawa, et cum iurepatronatus omnium eorundem bonorum ac etiam regalium: oppidi Stobnycza cum villis Byaloboze, Kargow, Klampycze, Sczklanow, Wolycza Volya et Kanthy; Hieronimus vero Zaklyka accepit: oppidum Woyslavicze cum villis Surohow, Crassne, Tuczampy, Popkowycze, Skorczicze, Rzeczicza Maior et Minor, Volya, Sdzechowycze, sortem in Rachow, Opoka, Jacubouicze, Phalowycze, Komorzin, Ochodza, Wythowycze, castrum Czyzow cum villis Poirzin, Chrapanow, Volya, Lang, domum Sandomiriae, villam Psary, ac etiam medietatem oppidi Dzyaloszycze et praedii Chmyelow XVII, 191.

1366. —— *f. 3 post Tiburtii et Valeriani (16 apr.).* Dominicus episcopus Varadiensis, Balthasar de Bathyan, banus et capitaneus castrorum regni Boznae, et Nicolaus de Bachka, praepositus s. Petri de Castro Agriensi, oratores Vladislai Hungariae regis, conclusiones et articulos pacis inter dictum regem et Iohannem Albertum, regem Poloniae, constituunt et nomine Vladislai regis confirmant. In fine nota: Lecta, approbata et cum litteris principalibus ser-mi domini nostri regis Poloniae concordata per me Vincentium (de Przeramb) episcopum Plocensem, una cum rev. domino (Andrea de Borzyschew), archiepiscopo Leopoliensi et (Petro Myszkowski) palatino Belzensi, ad haec deputatis. XVI, 280.

1367. —— *f. 4 post Tiburtii et Valeriani (17 apr.).* Absolutio a bellica expeditione, quaecunque infra hinc et duos annos contingeret, gen. Lucae de Gorka data, propter ipsius in partes exteras profectionem, ea condicione, quod 40 equos et totidem humanas personas pro bellica qualibet expeditione expedire interim debeat. VP. r. XVI, 278.

1368. —— „ —— Rex subiudicatum Haliczyensem Petro de Bludnyky post olim Andream de Czyrnyewo, qui in bello in Valachia periit, ad vitam confert. CK. XVII, 191.

1369. —— *f. 5 ante Adalberti (18 apr.).* Rex testificatur Nicolaum Czykowsky, pincernam curiae regiae, ex una, et Mathiam plebanum, Nicolaum, Felicem et Petrum Lygazovyc, haeredes de Bobrek, ex altera parte, inter se certam commutationem pratorum in Zagorzani super fluvium Javornik et in Gorzkovo fecisse. XVI, 279.

1370. —— *f. 5 post Tiburcii et Valeriani (18 apr.).* Rex cives Leopolienses cum mercibus et pro mercibus quibuslibet euntes a solutione quorumlibet teloneorum per totum regnum absolvit. CK. XVII, 190.

1371. —— „ —— Rex cives Cameneczenses ab omnibus teloneis per totum regnum absolvit. CK. XVII, 190.

1372. —— „ —— Rex testificatur, quia Hieronimus Zaklyka de Myedzygorze medietates oppidi Dzaloszycze, praedii Chmyelow et villarum Jacubowycze, Szyszczicze, Parszywka, Volya, Jastrzambnyky, Nyewyatrouicze, Dzekanowycze, Vyasdowycze, Slupow, Pyroczicze, Sczotrkowycze et Irzykowycze Iohanni de Ostrorog pro 4000 fl. hung. vendiderit. XVII, 192.

1373. —— *sabbato ante Adalberti (20 apr.).* Confirmatio iurium et privilegiorum civitatis Camenecensis in forma cancellariae solita. VP. r. XVI, 278.

1374. —— „ —— Consensus magn. Mathiae de Zluzew, palatino Lanciciensi et capitaneo Mariemborgensi, datus obligandi villam regalem Cozybor in summis pecuniarum iuste et legitime sibi inscriptis, ita quod summa capitalis non excedatur fam. Iohanni Szymler, civi Thorunensi, stationibus et iuribus regalibus salvis. VP. r. XVI. 278.

1375. —— *dominica post Tiburtii et Valeriani (21 apr.).* Rex ad instantiam Olechno Skorutha et Iohannis Vanglewsky, de captivitate ex Constantinopoli reversorum, villam regalem Novycza et haereditariam Skomrochy Stanislai Novyczky, Constantinopoli in captivitate exsistentis, Petro de Bludnyky, moderno subiudici Haliciensi, pro exemptione praefati Stanislai Novyczky eiusque familiae ex captivitate obligare consentit. CK. XVII, 190.

1376. —— *f. 2 ante Georgii (22 apr.).* Rex 1000 fl. hung. a nob. olim Abrahamo

Czech mutuatos Annae Vylkoschowska in portione sua in Nothesz districtus Radzeyouiensis inscribit. VP. XVI, 284.

1377. *Cracoviae, sabbato post Marci* (*27 apr.*). Rex Marcissio de Wroczymovycze, castellano Polanecensi et notario terrae Cracoviensis, notariatum illud Iacobo Rupnowsky resignare consentit. CK. XVII, 192.

1378. —— *f. 3 vigilia Philippi et Iacobi* (*30 apr.*). Rex ad petitionem Raphaelis de Lesczno, castellani Gnesnensis, curiae marsalci et Brestensis capitanei, nob. Jasczoldo Chwalanczky, consuli Brestensi, telonei Brestensis, quod Andreas Oporowsky de Nakonow obligatum a regibus tenet, medietatem unam pro 400 fl. de manibus eiusdem Andreae redimere admittit. CK. XVII, 193.

1379. —— „ —— Rex testificatur, quia nob. Jasczoldus Phalanczky, consul civitatis Brestensis, emendo a dicta civitate pro 800 fl. hung. et 60 marc. censum annuum 7 marc. consulatum et incolas oppidi a solutione praefati census liberavit, consulatus vero in recompensam beneficentiae illius censum 4 marc. pol. ratione altaris per ipsum Jasczoldum tunc fundandi et iam erecti de praetorio civitatis solvendum se obligat. CK. XVII, 193.

1380. —— „ —— Rex cives oppidi Bussko in terris Russiae siti propter paupertatem ab omnibus teloneis per totum regnum absolvit. CK. XVII, 193.

1381. —— „ —— Rex Raphaeli de Lyesczno, castellano Gnesnensi et marschalco curiae, capitaneo Brestensi, laneum agri, hortum et pratum, quos olim Stanislaus molendinator molendini regalis aquatici in suburbio oppidi Brzesczye in terris Cuiaviae tenebat, donat. CK. XVII, 194.

1382. —— „ —— Rex quoddam privilegium civitati Junivladislaviensi confirmat. XVII, 194.

1383. —— „ —— Rex ad petitionem Stanislai Mysgala Lybehen et Dorotheae coniugum, civium Posnaniensium, braxatorium et braseatorium illorum in platea Aquatica pro reparatione ad 10 annorum decursum ab omnibus censibus absolvit. XVII, 194.

1384. —— „ —— Rex testificatur, quia Ambrosius de Pampow, palatinus Siradiensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, Annae de Grodzecz, consorti suae, 4000 fl. hung. super summis in oppido Srzoda, villis ad eam pertinentibus et villa sua haereditaria Poloszeyewo in Pisdrensi et villis Lyszecz et Modla in Conynensi districtibus sibi inscriptis, reformaverit. CK. XVII, 195.

1385. —— *f. 4 Philippi et Iacobi* (*1 mai*). Rex Stanislao Ozarowski 350 marc. super civili pensa alias wadze Lublinensi inscribit. VP. XVI, 285.

1386. —— „ —— Rex consentit, ut Stanislaus Schelmek, tenutor bonorum regalium Nyedzyelowycze districtus Chelmensis, Iohanni de Szyenycza, subiudici Chelmensi, avunculo suo, 800 marc. ratione dotis Hedvigis sororis eius et matris suae inscribat. VP. XVI, 286.

1387. —— „ —— Rex testificatur, quia Stanislaus Gorasdowsky, tenutarius villae regalis Magna Murzinowo districtus Pysdrensis, Dorotheae, consorti suae, 500 fl. hung. super medietate omnium summarum, in praefata villa inscriptarum donat et insuper lapideam suam haereditariam in Pysdry cum tota suppellectili dono dat. CK. XVII, 195.

1388. —— *f. 6 Inventionis Crucis* (*3 mai*). Confirmatio iurium oppidanis Voynicensibus data in forma solita. VP. r. XVI, 287.

1389. —— „ —— Rex Petro Myschkowszky, palatino Belzensi, capitaneatum Leopoliensem certis condicionibus tenendum donat. VP. XVI, 287.

1390. —— „ —— Rex Iacobo de Lasszawo, castellano Ranczionensi, eiusque familiae salvum conductum ad unius anni decursum admittit. R. XVII, 196.

1391. —— „ —— Rex Casparo Knuth bona regalia oppidum Hamerstin cum villis Hamersfelt, Domislaw et Valkenewoll districtus Schlochouiensis de manibus Georgii alias Irzyk Thworkowsky tenutarii redimere consentit. CK. XVII, 196.

1392. —— *sabbato* (*in crastino*) *Inventionis Crucis* (*4 mai*). Rex Casparo Knuth ratione serviciorum et ad petitionem cardinalis Friderici, fratris sui, oppidum Hamersteyn cum villis Hamesfelt, Domislaw et Valkyemwolth, in districtu Schlochoviensi de manibus Georgii alias Irzyk Thworkowsky eximere admittit (deletae). VP. XVI, 288.

1393. —— *sabbato Floriani* (*4 mai*) Rex in controversia inter consules Sandomirienses et oppidanos Schidlowienses occasione viarum decretum fert. VP. XVI, 287.

1394. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum Pyenyazek de Iwanovicze consorti suae, filiae Stanislai de Pothulicze, 2800 fl. hung. ratione dotis et dotalicii super bonis Iwanovicze, Novawyesz, Przeslansko et Mikulovicze, in terra Cracoviensi, inscripsisse (deletae). XVI, 288.

1395. —— „ —— Rex testificatur, quia Nicolaus Pyenyazek de Iwanovicze Sophiae consorti suae, filiae Stanislai de Pothulicze, 1400 fl. hung. super bonis suis haereditariis Iwanicze, Nowawyesz, Przeslansko et Mykulovicze terrae Cracoviensis reformaverit. CK. XVII, 196.

1396. *Cracovia, dominica Rogationum (5 mai).* Rex testificatur, quia Nicolaus Slabosch de Puthnovycze, tenutarius in Coszycze et capitaneus Chaczinensis, Sophiae de Chaczin, consorti suae, 2000 fl. hung., quae ei erat obligatus, in bonis regalibus: oppido Coschycze villaque Cuchary terrae Cracoviensis demonstraverit. CK. XVII, 200.

1397. —— *f. 2 Rogationum (6 mai).* Rex oppidanis de Mogylno propter calamitatem ignis libertatem trium annorum ab omnibus solutionibus admittit. CK. XVII, 197.

1398. —— „ — Rex confoederationem regnicolarum et incolarum M. Ducatus Lithuaniae per oratores ex parte Lithuaniae videlicet: Martinum episcopum Methniczensem et Iohannem de Zabrzeszye, palatinum et castellanum Troczensem et marsalcum M. Lithuaniae factam confirmat. CK. XVII, 198.

1399. —— *f. 3 vigilia Stanislai (7 mai).* Rex Stanislao Kmytha de Vyssnycze, castellano Premisliensi, certum censum annuum ecclesiasticum 15 marc. pol. in villa ipsius haereditaria Hubycze terrae Premisliensis Alberto de Szczeczynye, theologiae professori, provinciali Poloniae et conventui Premisliensi ordinis Praedicatorum, pro 300 marc. titulo reemptionis vendere consentit. CK. XVII, 197.

1400. —— *f. 6 crastino Ascensionis Domini (10 mai).* Rex, confirmando veterem libertatem subditorum mensae archiepiscopalis Gnesnensis, mercaturas et negotia exercentium, a solutione teloneorum libertatem incolis oppidi Skwynyewycze admittit. CK. XVII, 197.

1401. —— „ —— Concessum est simile mandatum a solutionibus teloneorum etc. civitatibus Lowycz et Podgrodze. r. XVII, 198.

1402. —— *dominica infra octavas Ascensionis Domini (12 mai).* Mtas Regia consensit mag. Ambrosio de Pampow, palatino Siradiensi et capitaneo Maioris Polonie generali, villas regales Sgerz et Rathaye districtus Posnaniensis de manibus Iohannis de Ostrorog, castellani Posnaniensis, redimere et eximere etc. r. XVII, 201.

1403. —— „ —— Rex Andreae Rosa, archiepiscopo Leopoliensi, pontale in villa Borzysewycze terrae Sandomiriensis in fluvio Nyda in itinere de eadem villa versus Kyye, Rambow et Klyschow ducente erigere admittit. CK. XVII, 202.

1404. —— *f. 2 infra octavas Ascensionis Domini (13 mai).* Rex hon. Andream Zakrzewski, qui ad studia in exteras partes se conferre instituit, et fratres eius germanos minorennes Benedictum et Mathiam, donec ad aetatem perfectam pervenerint, a bellica expeditione contra quoscunque hostes absolvit. CK. XVII, 200.

1405. —— „ — Rex Barbaram relictam atque Andream canonicum Cracoviensem et Iohannem, filios olim Iohannis Rapstynsky de Thanczin, capitanei Sandomiriensis, ab expeditionibus bellicis absolvit. XVII, 201.

1406. —— „ —— Rex universitati vicariorum perpetuorum Leopoliensium domum certam cum area pro inhabitatione emere consentit eandemque domum iuri ecclesiastico incorporat. CK. XVII, 202.

1407. —— „ —— Rex subditis bonorum mensae archiepiscopalis Leopoliensis propter depopulationem a Turcis et Tartaris libertatem 10 annorum ab omnibus exactionibus admittit. CK. XVII, 203.

1408. —— „ —— Rex testificatur, quia Stanislaus Dowoynovycz, indigena Lithuaniae, a quodam Georgio Raczyk Lytwano inculpatus, qualiter a bello Valachiae gesto fugierit, testimoniis Stanislai et Simeonis de Chlewyska germanorum et Nicolai Jemyelnyczky, curiensis regii, plenarie expurgatus sit. CK. XVII, 203.

1409. —— „ —— Rex Petro Sborowsky, tenutario Odolanow, haec ipsa bona germano suo Andreae de Sborow in tenutam cedere consentit. CK. XVII, 205.

1410. —— „ —— Rex Stanislaum Oscheiko iudaeum nuper baptisatum nobilitat clenodiumque Martini episcopi Medniczensis, qui Stanislaum in familiae suae fraternitatem domesticam adoptavit, ei „Merawy“ dat. XVII, 205.

1411. —— *f. 3 infra octavas Ascensionis Domini (14 mai).* Rex Andream Rosa, archiepiscopum Leopoliensem, ratione tutoriae puerorum olim Zauissii de Borzyschewycze, succamerarii Cracoviensis, et familiares eius ab omni expeditione bellica absolvit. CK. XVII, 203.

1412. —— „ —— Rex testificatur, quia Sophia olim Zegothae Rythersky filia, et Nicolai de Targowyska, tribuni Lublinensis, relicta, a reformatione dotis suae 200 marc. a marito ei facta recessisse et penes reformationem priorem a patre ipsius in villa paterna Dalewicze factam remanserit. CK. XVII, 204.

1413. —— „ —— Rex testificatur, quia Creslaus de Curozwanky, episcopus Wladislaviensis et regni cancellarius, bona sua haereditaria Cosczyelnyky cum villis pertinentibus, in terra Cracoviensi sita, Nicolao de Czasschnyky, iudici Haliciensi, sub certis condicionibus arrendaverit. R. XVII, 204.

1414. —— „ —— Rex ad petitionem Iohannis Zabrzezynsky, palatini Trocensis et principis Alexandri, germani regii, oratoris, Iohannem Kyeslynk, consulem Cracoviensem, ratione

bonorum eius haereditariorum scultetiae in Bronowycze Nyemyeczkye et villae Rzanska, ab omni expeditione bellica absolvit. R. XVII, 204.

1415. *Cracoviae, f. 5 in octava Ascensionis Domini (16 mai).* Litterae Iohannis Alberti regis de exigenda nova datia vasorum alias czopowe in praesenti conventione Cracoviensi laudata. R. XVII, 201.

1500.

1416. *Romae, 11 calendas iunii (21 mai).* Alexander papa bullam anni iubilaei centesimi in favorem reipublicae Venetae instituti Hungariae, Poloniaeque regibus atque regnis mittit. XVII, 216.

1417. —— *11 calendas iunii (21 mai).* Alexander papa bullam de solvenda decima, secundum verum valorem omnium beneficiorum ecclesiasticorum, in favorem reipublicae Venetae edit. XVII, 217.

1418. ..... Informatio articulata per episcopum Caliensem, nuntium apostolicum, executoribus seu commissariis per eum deputatis data, de bullis supra recensitis. XVII, 218.

1419. *Sandomiria, in conventione, f. 6 ante Lucae (16 oct.).* Rex testificatur, quia Iohannes de Ostrorog, doctor, castellanus Posnaniensis, consortem suam Dorotheam de Wrzessnya tutricem puerorum suorum Achillis filii et Polixenae filiae instituerit. CK. XVII, 220.

1420. —— „ —— Rex testificatur, quia Iohannes de Ostrorog, castellanus Posnaniensis, Dorotheae de Wrzessnya, coniugi suae, medietatem oppidi Myedzychod, villarum Mychoczino, Dzyanczelino, Wyelyawyesz, Wyrzchaczewo et Sokolnyky in Posnaniensi, totas villas Strich et Swinari in eodem Posnaniensi ac Topolya in Conynensi, Gunicze et Soleczna in Pysdrensi districtibus sitas ac tres scutellas argenteas ponderis 10 marc., item 12 cocleria 6 marcarum ponderis dotalitiaverit. CK. XVII, 220.

1501.

1421. *In conventione Piotrcoviensi, f. 3 vigilia Mathiae (24 feb.).* Iohannes de Ostrorog, palatinus Posnaniensis, de omnibus summis sibi et patri suo in bonis Schadek per Casimirum IV et Iohannem Albertum, Poloniae reges, inscriptis Regiam Mtem quietat. XIX, 7.

1422. —— *f. 4 post Invocavit (3 mar.).* Rex testificatur Ambrosium Pampowsky, palatinum Siradiensem et capitaneum Maioris Poloniae generalem, cum principe Frederico tituli s. Luciae presbytero cardinali, archiepiscopo Gnesnensi et primate, episcopoque Cracoviensi, germano regis, et eius capitulo Gnesnensi, totam villam et haereditatem suam Polozeyewo districtus Pyzdrensis pro villa Xyaschno eiusdem districtus commutasse. MD. XIX, 8.

1423. —— „ —— Rex testificatur principem Fredericum presbyterum cardinalem, germanum suum, cum Sigismundo de Camyenyecz et Bernardo Gallo de Jadra, canonicis Gnesnensibus, suo et totius capituli ecclesiae metropolitanae Gnesnensis nominibus, cum Ambrosio Pampowsky, palatino Siradiensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, villam et haereditatem dictam Xyanszno, ad mensam eiusdem capituli spectantem, in districtu Pisdrensi sitam, pro villa et haereditate Polozeyevo eiusdem districtus commutasse. MD. XIX, 13.

1424. —— *f. 6 ante Reminiscere (5 mar.).* Rex incolas regni de nova exactione publica pro defensione regni ab hostibus in conventione Pyotrkoviensi pro festo Conversionis s. Pauli (25 ian.) laudata certiores facit, exactoremque Petrum Nyemyeglowsky, capitaneum Ravensem, nominat. MD. XVII, 236.

1425. —— „ —— Iohannis Alberti regis litterae universales de exactione 2 gross. in manus Petri Nyemiglowsky, capitanei Ravensis, solvenda. MD. XIX, 9.

1426. —— „ —— Rex Petro Schafranyecz de Pyeschkova Scala, capitaneo Radomiensi, privilegium unum super erectionem et fundationem oppidi de villa Oleschno et donationem fori septimanalis, et aliud super donationem annualis bis in anno et septimanalis fori oppidi ipsius Seczemyn sub titulo et sigillis principis Vladislai Poloniae regis data confirmat. MD. XIX, 13.

1427. —— *sabbato ante Reminiscere (6 mar.).* Rex dignitarios, officiales et omnes incolas terrarum et capitaneatuum Radomiensis, Opoczyensis et Chanczynensis de exactionibus nuper ratione periculi a Turcis et Tartaris laudatis et in manus Petri de Pyeschkowa Schala, capitanei Radomiensis, solvi sub certis poenis debitis certiores facit. XVII, 237.

1428. —— „ —— Conventio Petricoviensis dissoluta est. n. XIX, 7.

1429. *In conventione Piotrcoviensi, sabbato ante Reminiscere (6 mar.).* Castellanatus Cracoviensis vacans post mortem Iohannis Amor de Tharnow Spitkoni de Jaroslaw datus est. r. XIX, 7.

1430. —— „ —— Item Petro Kmitha de Wisnicze palatinatus Cracoviensis, per promotionem dni Spithkonis ad castellanatum vacans, datus est. r. XIX, 7.

1431. —— „ —— Item palatinatus Sandomiriensis, vacans post mortem Nicolai de Ostrow Iohanni Felici de Tharnow datus est. r. XIX, 7.

1432. —— „ —— Item officium vicecancellariatus Mathiae Drzewiczky datum est. r. XIX, 7.

1433. —— „ —— Rex pro diuturnis servitiis Petrum Schpoth ab expeditione bellica absolvit. MD. XIX, 7.

1434. —— „ —— Regia Mtas dedit consensum resignandi sponte Petro Schpot vexilliferatum, quod habuit, terrae Sandomiriensis, fratri suo Hyncza Schpot. MD. r. XIX, 7.

1435. —— „ —— Recognoscimus per praesentes oppidani nostri de Schadek nobis in conventione generali Pyotrkoviensi existentes avenam duntaxat sfationis nostrae duorum annorum retentam, videlicet anni 1499 et 1500, dedisse de qua eosdem quittamus per praesentes. MD r. XIX, 7.

1436. —— „ —— Datus est pincernatus Bresthensis nob. Felici Byernaczky, in forma cancellariae solita, vacans per promotionem alterius ad aliam dignitatem, ut dicitur. MD. r. XIX, 9.

1437. —— „ —— Litterae universales Iohannis Alberti regis de exactione 8 gross. alaneo solvenda, quibus etiam Derslaum Vylczek, succamerarium Leopoliensem, monet, ut in exigenda hac pecunia per capitaneatum Leopoliensem diligentiam adhibeat. XIX, 10.

1438. —— „ —— Litterae universales Iohannis Alberti regis de solvenda exactione vasorum alias czopowe in manus Derslai Vylczek, succamerarii Leopolieniss. XIX, 11.

1439. —— „ —— Rex Petro Myskowsky, palatino Belzensi et capitaneo Leopoliensi, quosdam articulos, iustitiae et iuri communi consentientes, ad evitandas controversias, quae aliquando aut ex temeritate, aut ignorantia in praeiudicium cuiuspiam per officiales terrarum seu districtuum inferuntur, per capitaneatum suum publicare nonnullosque ipsimet pro informatione officii exercere mandat. MD. XIX, 12.

1440. —— „ —— Rex Nicolaum Hernasth, civem Leopoliensem, et consortem eius Barbaram cum prole de bonis eorum Lassky et Symnawoda ab omni expeditione bellica ad decursum duorum annorum absolvit et de hoc Petrum Myskowsky, palatinum Belzensem et capitaneum Leopoliensem, certiorem facit. MD. XIX, 14.

1441. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum Wspynek de Scothnyky Elisabeth, filiae olim Iacobi Drzevyczky, castellani Zarnoviensis, uxori suae, 400 fl. hung. ratione dotis et totidem ratione dotalitii super medietate omnium bonorum suorum haereditariorum, mobilium et immobilium ac in medietate curiae in villa Scothnyky reformasse. MD. XIX, 15.

1442. —— „ —— Honn. Iohanni de Cruschevo in Powidz et Iohanni de Srem in Thuschyn plebanis consensus commutandi ipsorum beneficia eadem curata ad personas ipsorum datus est sub forma solita cancellariae. r. XIX, 15.

1443. —— „ —— Rex Andreae de Radzeiovicze, castellano Sochaczoviensi et capitaneo Plocensi, 1000 fl. hung. a se in mutuum receptos, in oppido regali Msczonow ac villa Zathor cum piscinis inscribit. MD. XIX, 15.

1444. —— „ —— Rex iudaeis Moyses et Michal, teloneatoribus Clodaviensibus, teloneum Sochaczoviense pro 600 sexagenis mediorum grossorum et 200 fl. ad duos annos, incipiendo a festo s. Petri ad cathedram proxime praeterito (22 feb.) arrendat sub condicione, quod de praefata summa quolibet anno Andreae Radzyeyowski, castellano Sochaczoviensi, per 25 sexagenas solvere tenebuntur, atque etiam teloneum ab illis qui de Russia, Lithuania, Masovia et Moscovia, versus Posnaniam, Gnesnam, Vratislaviam proficiscuntur, eo modo percipient, quo a talibus in Lublin pro festo Simonis Iudae (28 oct.) exigi consuetum est, medietatem vero teloneorum receptorum a praetereuntibus alias przemythy fisco regio reddant. XIX, 43.

1445. —— *mense Martio ineunte.* Recognoscimus per praesentes, quia iudaeus Schabday dictus dedit nobis in effectu 20 fl., qui sibi servandi dati erant per nonnullam iudaeam de Laczna, quae per Tartaros novissime recepta est. r. XIX, 10.

1446. —— *dominica Reminiscere (7 mar.).* Litterae universales exactionum, videlicet: 8 gr. de laneo, actualium, civiliumque exactionum et articulorum distributae sunt per nuntios, ut infra: Syestrzenyecz — ad Siradiam, Calisch, Poznaniam, Myedzirzecz, Costen, Nakyel; Janussius presbyter cum Mroczek ad Lublin, Radom, Lukow, Opoczno; teloneator Nicolaus — Sandomiriam; Carsky — ad Novam Civitatem; Paulbot — ad Lanciciam, Brzesczie, Dobrzyn, Junivladislaviam; Visznenses nobiles — ad Wisznam, Gostinyn; Strzesz — ad Ploczko; Petrus curruum notarius — ad Sochaczow, Rawam; Mroczek — in Chelm. n. XIX, 9.

1447. *Cracovia, sabbato ante Oculi (13 mar.).* Rex Cristophoro Thaslyk Nuhorsky, militi Jerosolimitano, curiensi suo, bona regalia oppidi Czyeskovicze cum villis Bogunyevycze, Ostruscha et Kyprzna, ad illud pertinentibus, de manibus nob. Barbarae Baranowska eximere consentit. MD. XIX, 16.

1448. —— *f. 3 post Oculi (16 mar.).* Rex Martino Tlusthy, civi Leopoliensi, et Margarethae, consorti eius, molendinum regale Leopoli, ante portam Haliciensem situm, de manibus Barbarae Mykulczyna eximere admittit. MD. XIX, 16.

1449. —— „ —— Reproduxerunt et manifestaverunt privilegium super villas Skolya et Tvchlya per Tartaros destructum nobiles Iwasko Hoschowsky et Corczinsky fratres de districtu Strigensi, rogando pro renovatione eiusdem, quia sigillum fuit ruptum circa eum. r. XIX, 16.

1450. —— „ —— Rex Stanislao Maldrzyk, tribuno Leopoliensi et capitaneo Samboriensi, ac Margarethae, consorti eius, 1400 fl. hung., a se in mutuum receptos et in bonis regalibus oppido Drohobicz et villis ad illud pertinentibus anno 1499 die dominico festi s. Michaelis (29 sep.) inscriptos, in villas regales Lyethnya, Medynycze, Bylecz, Horuczka ac in medietatem villae Howna, in terra Premisliensi sitas, cum liberis inemptionibus alias wkupye pro lignis excidendis in silvis, ad villas Hwerskie et Pukynycze pertinentibus, transfert. MD. XIX, 17.

1451. —— „ —— Rex Iohannem Quilynsky, terrigenam suum, ob eius aegritudinem a praesenti bellica expeditione ad festum s. Iohannis Baptistae (24 iun.) absolvit. MD. XIX, 17.

1452. —— *f. 4 post Oculi (17 mar.).* Rex confirmat decretum commissariorium suorum: Stanislai de Chodecz, castellani Leopoliensis et Cameneczensis, Nicolai Camyenyeczky, Cracoviensis capitaneorum, Iohannis Heydekye de Dammis, archipresbyteri in ecclesia b. Mariae, Petri Salomon et Adae Sworcz, consulum Cracoviensium, in causa inter consules Leopolienses et Iwaskonem, armenum de Leopoli, servitorem regium, qui coram rege querebatur, quod in re cum Casper armeno de Leopoli coram consulatu Leopoliensi, occasione cuiusdam propinquitatis, a consulatu ipso certas iniurias passus esset. MD. XIX, 17.

1453. —— *f. 5 ante Laetare (18 mar.).* Rex Michaeli Jacubowsky villam regiam Lagyewnyky districtus Gnesnensis de manibus Mathiae Grodziensky, castellani Bidgostiensis, in summa 525 fl. hung. eximere admittit. MD. XIX, 18.

1454. —— „ —— Rex pro servitiis nob. Markwath Swolsky, curiensi suo, stationem regalem 50 marc. ex monasterio Mogyla annis singulis per eundem percipiendarum donat. MD. XIX, 19.

1455. —— *f. 6 ante Laetare (19 mar.).* Regia Mtas vigore auctoritatis suae famosis Lewon, mercatori et civi de Vilna, tanquam actori, et Iohanni Knorra, civi Posnaniensi, tanquam reo, partibus in causa, quae inter eas occasione duarum compactarum panni alias bellae triczkye agitur et vertitur, terminum, quem pro feria tertia proxima post dominicam Oculi proxime praeteritam (16 mar.) coram Mte Sua praefixum habuerunt, pro festo s. Margarethae virginis proxime venturo (13 iul.) Toruniae aut ubi protunc cum curia sua feliciter Sua Maiestas fuerit, prorogavit et distulit, ea condicione, quod si aliqua partium in termino praedicto per se aut per procuratorem suum parere neglexerit, extunc suam rem et causam amittet. r. XIX, 19.

1456. —— „ —— Coram Maiestate Regia famosi praeconsul et consules, advocatus et scabini civitatis Posnaniae, et Iohannes Smigel seorsum civis de ibidem condemnantur in poenis regalibus XIV marc. secundo citati per prov. Gabrielem Reichel, civem Posnaniensem, ad praesentiam Regiae Maiestatis Cracoviam pro decima die post felicem Suae ibidem Maiestatis ingressum, prout hoc latius in citationibus continetur, quia ipsi non paruerunt pro eodem termino, nec per se, nec per procuratorem. r. XIX, 20.

1457. —— *sabbato ante Laetare (20 mar.).* Rex Nicolao et Iohanni Gayslar, civibus Sandomiriensibus, teloneum Sandomiriense pro 1400 fl. a festo Nativitatis Christi proxime praeterito ad aliud idem festum proxime venturum arrendat. MD. XIX, 19.

1458. —— „ —— Rex pro servitiis Iacobo de Schydlovyecz, vicethesaurariatum regni, per mortem olim Petri de Curozwanky vacantem donat. XIX, 36.

1459. —— *f. 2 post Laetare (22 mar.).* Rex nobilem Moravyecz cum comitiva 200 equitum armatorum in servitium suscipit, cui ad unum quartuale anni per 10 fl. ad unumquemque equum solvere promittit. MD. r. XIX, 20.

1460. —— „ —— Datae sunt litterae indemnitatis nob. Mychowsky super 200 equites cui super quemlibet equum per 10 fl. solvent. r. XIX, 20.

1461. —— *f. 4 post Laetare (24 mar.).* Rex pro servitiis Iacobo Szyekliczky, capitaneo Byeczensi, et Agneti, consorti eius, advocatiam in Byecz apud Erasmum Sczepanowsky emere consentit. MD. XIX, 20.

1462. —— *f. 6 ante Iudica (26 mar.).* Rex ad supplicationem Vincentii, episcopi Plocensis, oppido ipsius episcopatus Visskow nuncupato forum annuale bis in anno: unum pro festo

s. Apolloniae (9 feb.), aliud pro festo s. Aegidii (1 sep.), septimanale vero qualibet feria tertia, annis et septimanis singulis, instituit. MD. XIX, 22.

1463. *Cracovia, f. 6 ante Iudica (26 mar.)*. Item alio oppido episcopatus Plocensis Brok nuncupato datum est annuale forum bis in anno: unum videlicet pro festo s. Dorotheae (6 feb.), aliud vero pro festo s. Francisci (4 oct.) et septimanale quolibet die sabbato in septimana singulis annis sub eadem data et forma cancellariae solita. r. XIX, 22.

1464. —— „ —— Item oppido Polthowsko dicti domini Vincentii episcopatus Plocensis datum est annuale forum pro festo s. Stanislai in maio (8 mai) annis singulis sub ea data, anno et cancellaria ut supra. r. XIX, 22.

1465. —— *sabbato ante Iudica (27 mar.)*. Datae sunt litterae indemnitatis Iohanni de Buczacz, voyevodzycz Podoliensi, super 200 equos armatos a die conscriptionis ad unius decursum quartalis, in forma cancellariae solita. r. XIX, 20.

1466. —— *f. 2 post Iudica (29 mar.)*. Rex ad petitiones Iohannis, episcopi Posnaniensis, binas litteras inscriptionis sub titulo et sigillo olim principis Vladislai, regis Poloniae, quibus cuidam Stanislao de Sczkovo 200 marc. in villa regali Bogussicze, in terra Cuiaviae et districtu Radzyeyoviensi sita, inscriptae erant, in unam coniungit, et eidem episcopo praefatam villam Bogussycze in dictis 200 marc. de manibus nob. Stephani Stralkowsky et filiorum eius eximere consentit. MD. XIX, 20.

1467. —— „ —— Rex Henrico Mnychowsky, curiensi suo, 400 fl. hung. in oppido regali Bucznyow, in terra Leopoliensi et districtu Trebowliensi sito, inscribit. MD. XIX, 21.

1468. —— „ —— Rex testificatur Albertum et Iohannem, nepotem eius, advocatos Predborienses, advocatiam suam haereditariam in Przedborz nob. Stanislao Bawczowsky, civi Przedboriensi, pro 120 marc. de consensu regali resignavisse. MD. XIX, 22.

1469. —— „ —— Rex Zayfreth Bethman, consuli Cracoviensi, 3000 fl. hung. in mutuum ab eo receptos in zuppa et orbora regali Ilkussiensi inscribit. MD. XIX, 23.

1470. —— *f. 3 post Iudica (30 mar.)*. Rex Iohanni Bonar, consuli Cracoviensi, 2000 fl. hung. in mutuum receptos super villa regali Lobzow, penes Cracoviam sita, cum consensu Elisabeth, reginae Poloniae, in cuius dotalitii reformatione dicta villa continetur, inscribit et eundem Iohannem Bonar et eius uxorem Sczessna de dictis bonis ab expeditione bellica absolvit. MD. XIX, 21.

1471. —— „ —— Rex Nicolao de Curosvanky, castellano Siradiensi, castrum et oppida regalia Cazymyrz et Vavelnycza cum villis ad ipsa oppida pertinentibus: Carczmyska, Bochothnycza, Kembel, Wsczacz, Rzeczicza, Woyszyn, Zaszczythow, Sloczvyny, Barthlovycze, Czarz, in terra Lublinensi sitis, necnon cum suburbiis et advocatiis, pro 2000 fl. iure reemptionis alias nawyderkow vendit. MD. XIX, 28.

1472. —— *f. 3 ante Palmarum (30 mar.)*. Rex testificatur Iohannem, Andream, Procopium et Paulum fratres germanos Ossolinsczy recognovisse, quia sibi de bonis Orava per Iohannem Comorowsky de Zywyecz satisfactum sit. XIX, 56.

1473. —— *f. 4 post Iudica (31 mar.)*. Rex Antonio Hernyk, consuli Leopoliensi, 263 fl. Ambrosio et 110 fl. Chomanthowsky, rotmagistris suis peditum, ad rationem servitii ipsorum pro festo Assumptionis Mariae proxime futuro (15 aug.) de pecuniis publicis terrestrium exactionum solvere mandat. XIX, 24.

1474. —— *f. 4 ante Palmarum (31 mar.)*. Rex testificatur Iohannem Comorowsky de Zyvyecz Iohanni Ossolinsky de bonis Orava et ad ea pertinentibus satisfecisse. MD. XIX, 20.

1475. —— *f. 5 ante Palmarum (1 apr.)*. Rex oppidum regale Rubyeschow, quod per Tartaros conflagratum et desolatum est, ab omnibus censibus, contributionibus, teloneis et exactionibus regalibus per 10 annos, a podvodis vero per 6 annos absolvit et praefatam libertatem Iacobo de Buczacz, palatino Russiae, Chelmensi et Rubyeschoviensi ac aliis pro tempore exsistensibus capitaneis conservare mandat. XIX, 24.

1476. —— „ —— Similis libertas per 8 annos oppido Parczew data est in forma cancellariae solita. r. XIX, 24.

1477. —— *f. 6 ante Ramispalmarum (2 apr.)*. Rex habens in prospectu fidelia servitia Nicolai Gnogyensky consentit ei eximere villam regalem Pyaczanyagy, districtus Proschoviensis, quam Sigismundus Stosch de Cunycze et Obrachczycze per regem Casimirum IV ad eius et uxoris suae vitam cum inscriptione 200 marc. donatam habuisset. XIX, 24.

1478. —— „ —— Rex Andreae Biraczky e summa 284 fl. hung., pro bonis regalibus Rogow ad castrum Kazimiriense pertinentibus debita, 142 fl. pro festo Pentecostes proxime venturo (30 mai), et 142 fl. pro festo Nativitatis Domini (25 dec.) solvere promittit. XIX, 25.

1479. —— *sabbato ante Ramispalmarum (3 apr.)*. Terminum, qui debuit fieri coram nobis feria 6 proxima post festum Paschae (16 apr.) inter consules, advocatum et scabinos et Iohannem Smygyel, civem Posnaniensem, tanquam citatos, ex una, et Gabrielem Raychyel, etiam civem Posnaniensem, tanquam actorem, parte ex altera, pro die 12 post nostrum felicem

proximum in Cracoviam ingressum, diem ingressus excludendo, auctoritate nostra regia transferimus et transponimus per praesentes sub eisdem punctis, clausulis et citationibus, prout ad illud tempus fieri debuit, iure utriusque partis salvo. r. XIX, 25.

1480. *Cracovia, dominica Ramispalmarum (4 apr.).* Rex Antonio Rygler, mercatori Cracoviensi, salvum conductum per regnum suum ad unius anni decursum dat. MD. XIX, 25.

1481. —— „ —— Epistola Iohannis Alberti regis ad Petrum Pschonka de Babyn iudicem, Stanislaum de Chobrzany subiudicem terrae Lublinensis, ceterosque dignitarios et officiales iudicio terrestri Lublinensi praesidentes, qua mandat, ut Iacobum Moravyecz, vexilliferum terrae Lublinensis, regio et reipublicae servitio deputatum, interim, donec in hoc servitio perseveraverit, in causis, quas in iudicio praefato habuerit, non iudicent. XIX, 26.

1482. —— „ —— Epistola Iohannis Alberti regis ad Andream de Schadurki vicecapitaneum, Stanislaum de Sczuczky iudicem ceterosque officiales iudicio castri Lublinensis praesidentes, qua mandat, ut Iacobum Moravyecz, vexilliferum terrae Lublinensis, regio et reipublicae servitio deputatum, in causis, quas in iudicio dicto habuerit, non iudicent interim, donec in hoc servitio perseveraverit. MD. XIX, 26.

1483. —— „ —— Data est libertas Iacob iudaeo de Cracovia ad decursum 2 annorum ab omnibus solutionibus et exactionibus regalibus in forma cancellariae. r. XIX, 26.

1484. —— *f. 2 Magna (5 apr.).* Rex Petrum Olesky cum comitiva 250 equitum in servitium suscipit, cui ad unum quartale anni per 6 fl. ad unumquemque equum solvere tenetur. XIX, 26.

1485. —— „ —— Datae sunt litterae indemnitatis generoso Crzeczowsky super centum equites ad unumquemque equum per 6 fl. in forma cancellariae. r. XIX, 26.

1486. —— „ —— Datae sunt litterae indemnitatis generoso Iohanni Struss super ducentos equites ad unumquemque equum per 6 fl. in forma cancellariae solita. r. XIX, 26.

1487. —— *f. 3 post Palmarum (6 apr.).* Rex Petro Salomonis, consuli Cracoviensi, patrono et collatori altaris fundati in honorem ss. Elisabeth et Ludimilae in capella s. Barbarae in cimeterio ecclesiae parrochialis B. Virginis Cracoviae sita, et ven. Iohanni, filio eiusdem Salomonis, scolastico Gnesnensi et altaris praedicti altaristae, censum annuum 15 marc. de 10 pannicidiis, in medio circuli Cracoviensis sitis, pro 500 fl. hung. sub titulo reemptionis vendit. In margine adscriptum: „cassata". MD. XIX, 32.

1488. —— *f. 4 Magna (7 apr.).* Regia Maiestas transponit auctoritate sua terminum, qui debuit fieri Cracoviae pro dominica Ramispalmarum in suo vigore inter Laurentium Hertkvyk civem et iudaeum quendam Posnanienses, nullius partis iuri derogando ad octavam diem post ingressum Regiae Maiestatis in Chorwny. r. XIX, 26.

1489. —— *f. 3 Paschae (13 apr.).* Formula iuramenti per capitaneum Leopoliensem praestiti. XIX, 27.

1490. —— *feria ... proxima post Paschae (14—16 apr.).* Rex, permotus petitionibus Sigismundi de Targovisko, decretorum doctoris, custodis Sandomiriensis et canonici Cracoviensis, pro Gothardo Targoviczky, terrigena regni et germano eius oblatis, villas eorum Targovisko, Zakrzow et Lipye, per Tartaros desolatas, ab omnibus contributionibus, teloneis, exactionibus privatis et publicis per 4 annos absolvit, libertatem vero eam Andreae de Schadurky, vicecapitaneo Lublinensi, observare mandat. XIX, 30.

1491. —— *f. 4 infra octavas Paschae (14 apr.).* Rex testificatur Hieronimum Januschowsky, Elisabeth reginae Poloniae cubicularium, Annae de Cossycze, uxori suae, 300 marc. ratione dotis et dotalitii in medietate bonorum suorum haereditariorum villae Janussovicze districtus Oppocznensis reformasse. MD. XIX, 27.

1492. —— *f. 5 post Paschae (15 apr.).* Rex confirmat obligationem Pauli Choteczky, castellani Polaneczensis et tenutarii bonorum Cazymyerz et Vavelnycza, de extradendis dictis bonis nemini alteri, quam Nicolao de Curosvanky, castellano Siradiensi, vel successoribus eius. XIX, 29.

1493. —— *f. 6 ante Conductus Paschae (16 apr.).* Rex Nicolao Sirakowsky medietatem villae regalis Wrzampya districtus Proschoviensis de manibus Catharinae, consortis Iohannis de Chronow et filiarum olim Barbarae Strzeleczka, ad easdem iure successionis post olim Nicolaum Myloszny dictum devolutae, redimere consentit. XIX, 29.

1494. —— „ —— Rex Iohanni Polyak de Carnkow, castellano Landensi, burgrabiatum, in castro Cracoviensi vacantem per promotionem Iacobi de Schydlovyecz ad thesaurariatum regni Poloniae, dat et Nicolao Camyenyeczky capitaneo, Paulo Czarny, zupparii Cracoviensibus aliisque dictum Iohannem Polyak in burgrabiatum praefatum intromittere et de proventibus ei respondere mandat. XIX, 30.

1495. —— *sabbato ante Conductus Paschae (17 apr.).* Rex Stanislao Curopathwa de Laczuchow, castellano Chelmensi, bona regalia castrum et villam Ryther cum aliis bonis, ad illud pertinentibus, de manibus Raphaelis Ritersky redimere consentit. XIX, 30.

1496. *Cracovia, sabbato ante Conductus Paschae (17 apr.).* Rex senioribus fraternitatis s. Mariae et patronis ac collatoribus altaris tituli s. Alexii de primo ministerio sub turri campanarum in ecclesia s. Mariae Virginis, in circulo Cracoviensi sita, et Iohanni Sczekoczky, canonico Sandomiriensi ac eiusdem altaris altaristae, censum annuum 9 marc., de custodia piscariae Cracoviensis alias stroza singulis annis provenientem, pro 280 fl. hung. iure reemptionis alias nawyderkoff vendit. MD. XIX, 31.

1497. —— „ —— Rex recensens peritiam et industriam artis medicinae physici sui Isaac hebraei hispani, ipsum Isaac et uxorem familiamque eius ab omni inrisdicione omnium palatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum et subiudicum et quorumcunque officialium et ab omnibus censibus, contributionibus, exactionibus, teloneis et quibuscunque solutionibus regalibus absolvit. XIX, 34.

1498. —— *dominica Conductus Paschae (18 apr.).* Rex Petro Salomonis, consuli Cracoviensi, in institis ipsius pistorum, in circulo Cracoviensi sitis censum annuum 12 marc. pro fundando et erigendo certo altari in ecclesia parrochiali s. Mariae, in circulo Cracoviensi sita, facere admittit. XIX, 33.

1499. —— „ —— Rex Iohanni Polyak de Carnkow, castellano Landensi, burgrabio castri Cracoviensis, et Iohanni de eadem Carnkow, nepoti eius, canonico Cracoviensi, notario regio, 1500 fl. hung. in auro et 3080 fl. in mediis grossis in mutuum ab eis receptos in teloneo aquatico fluvii Visla, videlicet Dobrzinensi et Bobrowniczensi, inscribit. XIX, 33.

1500. —— *f. 2 post Conductus Pascae (19 apr.).* Rex hebraeo Isaac hispano, physico regio, censum annuum 12 mar. in iudaeis Sandomiriensibus ad beneplacitum suum donat, de quo Andreae Lownyeczky, capitaneo Sandomiriensi, mandatum dat. XIX, 34.

1501. —— „ —— Datae sunt litterae indemnitatis Stanislao de Chodecz, castellano et capitaneo Leopoliensi, super 300 equites per 6 fl. in forma cancellariae. r. XIX, 35.

1502. —— „ —— Datae sunt litterae indemnitatis Petro de Chodecz, capitaneo Haliciensi, super 150 equites etiam per 6 fl. in forma cancellariae. r. XIX, 35.

1503. —— „ —— Datae sunt litterae indemnitatis Iohanni Hynek, succamerario Lanciciensi, super 200 equites armatos per 10 fl., quemlibet florenum per 14 scotos computando, in forma cancellariae. r. XIX, 35.

1504. —— „ —— Facta est ratio cum Iohanne Czurilo, capitaneo Nyepolomiczensi, de 3 annis proventuum Nyepolomiczensium usque ad festum s. Laurentii proximum (10 aug.) et de 2 annis proventuum villae Micluschovicze, quae bona ipse hactenus administrat, defalcatisque defalcandis, quae exposuit de regio mandato, salariando venatores, familiam servando in praediis ac etiam defalcando pecuniam Stanislao Sczykowsky pro Micluschovicze datam, super regios proventus exposuit centum viginti septem marcas, grossos decem, quam summam sibi in futura ratione solvere seu defalcare Regia Maiestas tenebitur, in forma cancellariae. r. XIX, 35.

1505. —— „ —— Rex Iacobo Szyekliczki, capitaneo Byeczensi, advocatiam in Byecz de manibus nob. Erasmi Sczepanowski eximere consentit et 250 marc., matri ipsius Erasmi Sophiae per maritum suum ratione dotis et dotalitii in eadem advocatia reformatas, in bona regalia villarum Lubuscha, Krik, Byenarova, Swiepiethnicza seu in medietate pecuniarum, in bonis inscriptarum, tenutae dicti Erasmi transferre admittit. XIX, 35.

1506. —— „ —— Rex civitati Cracoviensi cellarium commune ad propinandum malmaticum, graecum et italicum, rivulum, bastard, pynyol, kozaczek, muscatellam et oziam ac alia quaecunque extranea potagia gravia instituendum omnesque utilitates ex eodem ad decursum 20 annorum pro reformatione eiusdem civitatis percipiendas admittit. XIX, 35.

1507. —— „ —— Rex civitati Cracoviensi cellarium regium Swidniczense ad 20 annos donat. XIX, 36.

1508. —— „ —— Rex consulibus Cracoviensibus exactionem pontalium alias mosthove ab omnibus tam regni incolis, quam forensibus et extraneis quibuscunque mercatoribus et vectoribus ratione reformandarum viarum et pontium tollendum dat. MD. XIX, 36.

1509. —— „ —— Rex testificatur Petrum Kmitha de Vyssnycze, castellanum Sandomiriensem et regni Poloniae marschalcum, Iohanni Jordan de Zacliczyn villam suam haereditariam Lypnyk, in terra Cracoviensi sitam, resignasse. MD. XIX, 39.

1510. —— „ —— Rex Stanislao Ozarowsky 140 marc. debiti olim Nicolai de Ostrow, palatini Sandomiriensis, pro festo Nativitatis Domini proxime venturo solvere promittit. XIX, 40.

1511. —— *f. 3 post Conductus Pascae (20 apr.).* Data est libertas oppido Hrodlo ad decursum 8 annorum immediate se sequentium in forma cancellariae solita simpliciter. r. XIX, 38.

1512. —— „ —— Datae sunt litterae indemnitatis gen. Iohanni de Camyenyecz, capitaneo Belsensi, super 150 equites per 6 fl. in forma cancellariae. r. XIX, 38.

1513. *Cracovia, f. 3 post Conductus Paschae (20 apr.).* Datae sunt litterae indemnitatis nob. Iohanni Sokolowski super 100 pedites, cui a die conscriptionis ad unumquemque peditem per 5 flor., ut moris est, solvetur et pro damnis similiter. r. XIX, 38. Eodem die Ambroszy litterae indemnitatis super 100 similiter pedites sunt datae, ut Sokolowski.

1514. —— „ —— Andreas Roza, archiepiscopus Leopoliensis, et Nicolaus de Camyenyecz, Cracoviensis et Sanoczensis capitaneus, intromittendo de mandato regio in officium vicethesaurariatus regni Iacobum de Schydlovyecz, regni Poloniae thesaurarium, elenchum clenodiorum regalium, quae in thesauro regni asservantur, eidem Iacobo consignant. XIX, 38.

1515. —— „ —— Rex honestae Annae Philipowa, cuius domus confracta est, aream desertam dictam Jankowsky vel Pogorskie, inter domos Svyerkoth ex una et Turcova ex altera partibus in circulo Clepardiensi sitam, donat. XIX, 39.

1516. —— „ —— Data est area famoso Stanislao sartori de Cleparz dicta Crzezynskye similiter ut supra etc. r XIX, 39.

1517. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum et Stanislaum germanos de Brzezye Iohanni et Nicolao Jordan de Zacliczin 1400 fl. hung. in bonis regalibus oppido Dopczicze et villis ad illud oppidum pertinentibus, tenutae ipsorum, inscripsisse. XIX, 40.

1518. —— „ —— Rex Petro Kmitha de Vyssnicze, palatino Cracoviensi, pro servitiis oppidum regale Novam Sandecz cum omnibus villis ad id spectantibus ad tempora vitae eius donat, solutis tamen prius 5000 fl. in auro et 2000 fl. pol., in quibus bona praefata Iohanni Tirnka, capitaneo Osvyaczimensi, inscripta fuerant. XIX, 40.

1519. —— „ —— Rex Iohanni Goslawsky, canonico et vicario in spiritualibus generali ecclesiae Cracoviensis, censum 4 marc. in civitate regali Nova Sandecz, per Cazimirum regem olim Nicolao de Prandoczin, psalteristae ecclesiae cathedralis Cracoviensis, venditum, redimere admittit. XIX, 41.

1520. —— *f. 4 post Conductus Paschae (21 apr.).* Datae sunt litterae indemnitatis gen. Iacobo Vangorzowsky, curiensi nostro, super 200 equites per 10 fl., quemlibet florenum per 14 scotos computando, in forma cancellariae. r. XIX, 40.

1521. —— *f. 6 post Conductus Pascae (23 apr.).* Rex apud Iohannem Tyrnka de Raczyborzany, capitaneum Oswyaczyminensem, 4000 fl. hung. pro redimendis castro Olsthyn ac oppidis et villis, ad illud pertinentibus, in mutuum recipit eidemque praefatam summam in dictis bonis inscribit. XIX, 31.

1522. *Lancicia, penultima aprilis (29 apr.).* Rex Iohannem Lukowski decanum et Nicolaum Kothvicz archidiaconum Posnanienses, de pecuniis iubilaei, videlicet 1425$^{1}/_{3}$ marc., 287 fl. hung. et 1 fl. nobili, item 81 fl hung. ac cathenula aurea cum 2 annulis valoris 16 fl. per eos collectis et in regni utilitatem atque defensionem contra fidei catholicae hostes per sedem apostolicam deputatis, quietat. XIX, 41.

1523. —— *f. 5 ante Philippi et Iacobi (29 apr.).* Castellanatus Ravensis gen. Thomae de Grodzysko datus est. r. XIX, 41.

1524. —— *f. 6 vigilia Philippi et Iacobi (30 apr.).* Rex omnia privilegia et munimenta ecclesiae Gnesnensis ad petitionem fratris sui Frederici cardinalis confirmat. CK. XVII, 221.

1525. —— „ —— Datum est privilegium suprascripto de verbo ad verbum simile ecclesiae Cracoviensi, duntaxat mutatis mutandis et praesertim, ubi scriptum erat in privilegio praemisso eidem domino Frederico, tanquam archiepiscopo Gnesnensi et suae Gnesnensi ecclesiae etc. hoc in confirmatione privilegiorum ecclesiae Cracoviensis scriptum est sic: eidem domino Frederico, tanquam episcopo Cracoviensi et suae Cracoviensi ecclesiae etc. suprascripti privilegii tenor continet. r. XVII, 221.

1526. —— „ —— Rex confirmat duo privilegia Wladislai II anno 1429 Gnesnae sabbato ante Viti (11 iun.) et Casimiri IV anno 1464 in Brzesczye f. 4 die Petri ad vincula (1 aug.) super absolutionem oppidorum archiepiscopalium Gnesnensium a solutione foralium data. CK. XVII, 221.

1527. —— „ —— Rex ad expositionem Iohannis de Lassko, cancellarii ecclesiae Gnesnensis, decernit, ut exactores teloneorum in terra Siradiensi, praesertim vero Siradiae, Pyotrkouiae, initium anni a festo Circumcisionis Domini computent. CK. XVII, 222.

1528. —— „ —— Data est praesentatio hon. Iohanni de Radomy, actu presbytero ad plebanatum ecclesiae parrochialis in Grabow, in forma cancellariae. r. XIX, 41.

1529. —— „ —— Rex ad petitiones principis Sigismundi, germani sui, eidem civitatem suam Gnesnensem de manibus Ambrosii de Pampow, palatini Siradiensis et capitanei Maioris Poloniae generalis, in summa 3930 fl. hung. et 385 marc. redimere admittit. XIX, 41.

1530. —— *sabbato Philippi et Iacobi (1 mai).* Secundae litterae restium universales Iohannis Alberti regis per regnum misae. XIX, 41.

1531. *Lanciciae, sabbato Philippi et Iacobi (1 mai).* Regia Mtas absolvit nob. Parchoczki de Svynary, iudicem castrensem Novae Civitatis Corczin, propter custodiam et provisionem castri eiusdem, ab expeditione bellica, si quae contigerit interea, donec Regia Mtas in Prussia aget. r. XIX, 42.

1532. —— „ —— Rex ad supplicationem Frederici, s. Luciae in septem soliis presbyteri cardinalis, archiepiscopi Gnesnensis et primatis, episcopique Cracoviensis, germani sui, Alexandram Tanczinska propter destructionem per hostes bonorum eius et solutionem hominibus debitorum ad unum annum ab expeditione bellica absolvit. XIX, 42.

1533. —— „ —— Litterae Iohannis Alberti regis ad palatinos: Cracoviensem, Sandomiriensem, Russiae, cum quibus litteras universales vim ultimarum restium habentes mittit. XIX, 42.

1534. —— „ —— Litterae Iohannis Alberti regis ad capitaneos regni, cum quibus eis litteras vim ultimarum restium habentes mittit. XIX, 42.

1535. —— „ —— Rex Iohannem de Pilcza in externas oras proficiscentem cum Iohanne Bochothniczki, in curiam regis Gallorum, ab expeditione bellica absolvit. XIX, 42.

1536. —— „ —— Rex ad petitiones principis Frederici, cardinalis, archiepiscopi et primatis Gnesnensis et episcopi Cracoviensis, germani sui, necnon Ambrosii de Pampow, palatini Siradiensis et capitanei Maioris Poloniae generalis, dat Iohanni Ossuchowski consensum obligandi sortem suam tenutae ipsius oppidi regalis Byala, in terra Ravensi siti, Prandothae de Trczyana. XIX, 43.

1537. *Brzesze, f. 4 post Floriani (5 mai).* Rex Petro et Iohanni fratribus germanis, tenutariis in Kaleny, dat consensum dotaliciandi certas summas in sorte eorum praedictae villae regalis Kaleny uxoribus eorum Pyotruschae et Dorotheae. XIX, 44.

1538. *Toruniae, f. 2 (post) Stanislai in maio (10 mai).* Terminus inter nobb. Stanislaum de Gorlicze ex una et Barbaram consortem nob. Iacobi de ibidem, partibus ex altera, in diem hodiernam ante conspectum Sacrae Maiestatis Regiae cadens, de mandato eiusdem Maiestatis ad relationem gen. Raphaelis Goluchowski in feriam secundam ante festum s. Urbani instans proximam (21 mai) iuxta citationem litteralem in eo vigore sicut hodie fieri debuit, iure partium illaeso remanente, prorogatus et transpositus est. r. XIX, 44.

1539. —— „ —— Similiter terminus inter nobb. Carvacianum de praefata Gorlicze ex una et Barbaram, consortem nob. Iacobi de ibidem, ex altera partibus, ad diem hodiernam in praesentiam Sacrae Maiestatis Regiae cadens, de mandato eiusdem Maiestatis ad relationem praedicti Raphaelis Goluchowski in feriam secundam ante festum s. Urbani instans proximam iuxta citationem litteralem in eo vigore sicut hodie fieri debuit, iure partium illaeso remanente, etiam prorogatus et transpositus est. r. XIX, 44.

1540. —— *f. 6 ante Sophiae (14 mai).* Rex Sophiae certam summam, per olim Martinum Sbąnsky, maritum eius, coram Mathia de Slupi, castellano Naklensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, de consensu regio, reformatam, in bonis regalibus tenutae praedicti Sbąnsky, videlicet oppidis Babimosth et Grodcza ac villis Podmocle Maioris et Minoris, utriusque Grodcze et Novavyess inscribere consentit. XIX, 44.

1541. —— *sabbato Sophiae (15 mai).* Rex Nicolao Cossobuczki, cancellario Ploczensis ecclesiae, oppidum regale Raczansch cum villa Croczewo, in terra Ploczensi situm, pro 1000 fl. hung. iure reemptionis alias nawyderkow vendit. MD. XIX, 26.

1542. —— *dominica post Sophiae (16 mai).* Rex Iohanni Sturczedel, civi de Kinsberg, salvum conductum ad unum mensem, ut Toruniam ad Regiam Maiestatem venire possit, donat. XIX, 45.

1543. —— *f. 4 vigilia Ascensionis Domini (19 mai).* Rex propter merita Venceslao Jassienski, Premisliensis et Sandomiriensis ecclesiarum canonico, plebano in Ossyek, notario regio, in obstaculo fluvii Vysla circa Ossyek annis et septimanis singulis semel in septimana sabbatis diebus piscandi, prandendi et salmones capiendi et alios pisces, alias tollendi schavy ad beneplacitum regis concessionem dat ita, ut praedecessor eius Iohannes Ossvyaczim, tunc plebanus in Ossyek, de gratia regia habebat. XIX, 45.

1544. —— *f. 5 Ascensionis Domini (20 mai).* Rex testificatur famosas Elisabeth Andreae Corczewska et Catharinam Davidis, civium Varsaviensium consortes, filias olim Iohannis Trzanssithobola et Iohannis alterius Trzansitobola, civium Lublinensium, Nicolao Herborth, filio olim Nicolai de Felschtin, villam suam Berdechow districtus Leopoliensis, ad ipsas post olim nob. Elisabeth de eadem Berdechow, ipsius Catharinae amittam et Elisabeth praedictarum sororem ex amitta germanam, devolutam, pro 400 marc. vendidisse. XIX, 46.

1545. —— *f. 6 in crastino Ascensionis Domini (21 mai).* Item similis salvus conductus datus est Iohanni Fonderlinde, civi Gdanensi, ad unum mensem. r. XIX, 45.

1546. —— „ —— Rex oppido Cruschfycza, voragine ignis desolato, libertatem a solutione omnium exactionum et contributionum ac teloneorum per 5 annos dat eamque libertatem

Andreae, Iohanni et Felici de Opporow, tenutariis in Crusvycza modernis, observandam mandat. XIX, 45.

1547. *Toruniae, f. 6 in crastino Ascensionis Domini (21 mai).* Similis libertas oppidanis in Obornyky duntaxat per 5 annos immediate sese sequentes data est dampna passis. r. XIX, 45.

1548. —— „ —— Rex Nicolao de Dambsko, plebano in Mnyeschowo, emere unam aream cum horto a quodam oppidano dicto Goczel in oppido regio Byelsko pro erigendo et aedificando hospitali admittit. XIX, 46.

1549. —— „ —— Rex super certam recognitionem Vincentii, episcopi Plocensis, Nicolai Gardzyna de Ludbrancz Gnesnensis et Nicolai de Crethkow Brestensis castellanorum, commissariorum causarum inter Vincentium de Byschow, tanquam actorem, et Angelum alias Angyolem de eadem Byschow, tanquam reum, vertentium, praedictas causas ad iudicium terrestre Sandomiriense in terminos post festum s. Iohannis Baptistae proxime celebrandos remittit. XIX, 46.

1550. *Bidgostiae, f. 2 ante Urbani (24 mai).* Item datus est salvus conductus provido Simoni Mathernae, civi Gdanensi, ad decursum unius mensis. r. XIX, 45.

1551. *Toruniae, f. 6 ante Pentecostes (28 mai).* Rex ad supplicationem Iacobi de Glynky, capitanei Gostinensis et Visnensis, oppido regio Vassosche districtus Visnensis forum annuale pro festo s. Matthaei (21 sep.) singulis annis instituit. MD. XIX. 47.

1552. —— *f. 2 Pentecostes (31 mai).* Litterae universales Iohannis Alberti regis secundarum restium ad dignitarios et officiales regni. XIX, 47.

1553. —— „ —— Item ad locicapitaneos missae sunt litterae, ut fieri solet, ut faciant diligentiam exactam in transmittendis litteris restium earundem per eorum capitaneatus. r. XIX, 48.

1554. —— *mense Iunio ineunte.* Datus est iudicatus terrae Chelmensis Iohanni Szyeniczky, subiudici terrae praefatae, per mortem olim Petri Szmyotanka de Thrambaczow vacans. r. XIX, 52.

1555. —— „ —— Datus est subiudicatus terrae Chelmensis Petro Volczek per assecutionem iudicatus gen. Iohannis de Szenycza vacans. r. XIX, 52.

1556. —— *f. 5 infra octavas Pentecostes (3 iun.).* Rex Nicolao Gardzyna de Lubrancz, castellano Gnesnensi, curiensi suo, pro servitiis in Podolia contra Tartaros regnante Casimiro rege et sibi, dum ad coronam regni Hungariae vocatus fuisset, propter electionem 110 marc. et 100 fl. hung. in villa regali Lubola districtus Siradiensis inscribit. XIX, 48.

1557. —— „ —— Rex Nicolao Gardzyna de Lubrancz, castellano Gnesnensi, curiensi suo, pro servitiis praefatis 110 marc. et 100 fl. hung. in villa regali Brzeg districtus Siradiensis tenutae ipsius inscribit. XIX, 48.

1558. —— *f. ante Trinitatis (3 iun.).* Regia Maiestas vigore suo terminum, quem nobiles Mathias Zarambka de Jablonowo, tanquam actor, ex una, et Petrus Gorsky, tanquam reus, ex altera partibus, hodierna die in praesentia Maiestatis Suae habuerunt, ad feriam secundam proximam (7 iun.) prorogavit et suspendit talem, qualem hodie ipsae partes habere debuerunt, utriusque partis illaeso iure remanente. r. XIX, 48.

1559. —— „ —— Rex Paulo Czarny, zuppario Cracoviensi, tribunatum Cracoviensem, per Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, eiusdem castellanatus assecutionem ipsius ultimi possessoris vacantem, donat. XIX, 51.

1560. —— *f. 6 ante Trinitatis (4 iun.).* Rex, considerans graves impensas et sumptus quos Paulus Sworcz de Withovicze, zupparius Cracoviensis, ex restauratione et reformatione pontis, circa oppidum suum Schabno terrae Sandomiriensis iacentis, annis singulis suscipit, eidem zuppario a quolibet curru mercatorum seu vectorum quibuscumqne mercibus seu rebus venalibus onerato extra vel ad ipsum oppidum pro foro annuali vel septimanali causa lucri veniente seu eunte per 4 denarios ratione pontalium exigere facultatem concedit. XIX, 51.

1561. —— „ —— Rex oppidanis de Schabno Pauli Sworcz, zupparii Cracoviensis, proprii, per ignis voraginem damna passis, libertatem 8 annorum ab omnibus teloneis, foralibus, pontalibus et exactionibus donat. XIX, 51.

1562. —— *sabbato in vigilia Trinitatis (5 iun.).* Rex Casparo Kunth de Zeblyn 200 fl. pol. in oppido regali Hamerschthin districtus Schlochoviensis, de manibus Georgii Thworkowsky pro summa eadem 200 fl. pol., prout regi Nicolaus de Bayzen, palatinus Mariemborgensis, retulit, de consensu regio ab eo exempto, inscribit. XIX, 49.

1563. —— „ —— Rex, considerans calamitates et damna terrarum Russiae, per Tartaros anno superiori patrata, oppido regio Grabovyecz, in terra Belzensi sito, libertatem 6 annorum ab omnibus exactionibus, proventibus, teloneis, censibus regalibus donat. XIX, 49.

1564. —— *f. 2 post Trinitatis (7 iun.).* Terminus vigore Maiestatis Regiae nobb. Mathiae Zarampka de Jablonovo, tanquam actori, ex una, et Petro Gorsky de Gora, tanquam reo, ab altera partibus, ad diem hodiernam transpositus et prorogatus ex commissione et man-

dato eiusdem Regiae Maiestatis transponitur ad feriam quartam proxime venturam (9 iun.), iure utriusque partis illaeso remanente. r. XIX, 50.

1565. *Toruniae, f. 3 ante corporis Christi (8 iun.).* Rex Stanislao Cosczieleczky, castellano Junivladislaviensi et capitaneo Nyeschoviensi, consentit obligare censum 170 fl. hung. super navigio Torunensi famoso Renoldo Felstete, civi et mercatori Gdanensi. XIX, 50.

1566. —— „ —— Rex nob. Octaviano de Florentiis zuppam Drohobiczensem una cum teloneo in Grodek in terris Russiae, incipiendo a festo s. Margarethae proxime venturo (13 iul.) ad 2 annos pro 1100 marc. arrendat. XIX, 50.

1567. —— *f. 4 post Trinitatis (9 iun.).* Similiter terminus praefatis partibus ad diem hodiernam cadens transponitur ad feriam sextam proxime venturam (11 iun.) talis, qualis hodie fieri debuit, salvo iure illaeso remanente. r. XIX, 50.

1568. —— *f. 4 in vigilia Corporis Christi (9 iun.).* Rex Nicolao de Camyenyecz capitaneo Cracoviensi, castellanatum Sandomiriensem, per assecutionem palatinatus Cracoviensis Petri de Vissnycze, palatini Cracoviensis et regni marsalci, eiusdem immediate possessoris, vacantem donat. XIX, 51.

1569. —— „ —— Datus est gladiferatus terrae Cracoviensis Nicolao Szczikowsky, subpincernae Regiae Maiestatis, per assecutionem castellanatus Visliciensis Petri Schaffranyecz vacans, in forma cancellariae solita r. XIX, 52.

1570. —— *f. 6 in crastino Corporis Christi (11 iun.).* Datus est consensus Nicolao Slabosch, capitaneo Chancziczensi, obligandi molendinum suae tenutae in Cosschicze in 500 flor. Clementi Bechcziczky, cubiculario Regiae Maiestatis, in forma cancellariae solita. r. XIX, 52.

1571. —— *sabbato infra octavas Corporis Christi (12 iun.).* Regia Maiestas consulatui et communitati Junivladislaviensi terminum, quem hodie habere debuerunt, infra hinc ad duas eundem terminum septimanas transtulit. r. XIX, 51.

1572. —— *f. 5 in octava Corporis Christi (17 iun.).* Rex praeconsules et consules Gdanenses de 400 fl. hung. ad rationem proventuum regalium ratae Nativitatis Christi proxime venturae receptis, quietat. XIX, 52.

1573. ..... Regestrum debitorum olim Iohannis Alberti regis. XVII, 229.

Supplementum.

Litterae priorum annorum, quae, regnante Iohanne Alberto, Poloniae rege, in Matriculas Regni de verbo ad verbum inscriptae sunt.

1222.

1. ..... Andreas Hungariae rex vetera iura nobilium regni Hungariae, a praedecessoribus suis, praesertim a s. Stephano rege, concessa, innovat. XVII, 74.

1262.

2. *Poznan, die Petri (1 aug.).* Boleslaus V, Poloniae dux, Rinero et Iohanni civitatem suam Kczynya iure theutonico locandam donat cum additione duarum haereditatum, quae Bobrownicze et Pelgrinowo nuncupantur. XV, 162.

1279.

3. *Poznan, 11 calendas decembris (21 nov.).* Premisl, Poloniae dux, aream pro cimiterio, ecclessiae S. V. Mariae et claustro in civitate Wroncensi aliaque privilegia ordini praedicatorum donat. XV, 164.

1280.

4. *Poznan, idibus februarii (13 feb.).* Premisl, Poloniae dux, domui Wroncensi fratrum ordinis praedicatorum villam Pochunowo in iure theutonico locatam donat. XV, 165.

1285.

5. *Cracovia .....* Leschko Cracoviae, Sandomiriae, Siradiaeque dux comiti Andreae, castellano de Woynycz, in haereditate eius Neprosno nuncupata sub iure theutonico homines locandi potestatem dat. XVII, 123.

1306.

6. *Cracovia.....* Vladislaus dux Cracoviae etc. ad petitiones honn. Alberti et Henrici fratrum, advocatorum Cracoviensium, vetera iura ab olim ducibus Leskone et Boleslao concessa, approbat, novaque eidem advocatiae addit. Datum per manus hon. viri Clementis canonici Cracoviensis, curiae regiae cancellarii. XVII, 35.

1329.

7. *Cracovia, infra octavam Iohannis Baptistae (24 iun. — 1 iul.).* Vladislaus rex Zemmiloni civi Cracoviensi advocatiam in Schydlow iure sredensi locare permittit. Datum per manus Sbignei, praepositi et cancellarii Cracoviensis. XVII, 40.

1330.

8. *Thorun, die Bartholomaei (24 aug.)*. Mathias Vladislaviensis episcopus et Wevnherus de Orsela fratrum ordinis hospitalis s. Mariae domus theutonicae Hierosolimitani generalis magister ordinationem certam ratione bonorum et decimarum in terris Pomeraniae inter se faciunt. XVII, 141.

1336.

9. *Cracovia, die Elisabeth (19 nov.)*. Casimirus III, Poloniae rex, volendo relevare inopiam monasterii Andrzeviensis eidem foralia in civitate Andrzeiowiensi concedit. XVI, 176.

1337.

10. *Sandomiria, III calendas Martii (27 feb.)*. Casimirus III rex civitati Kazimiriensi circa Cracoviem ius theutonicum vel maydenburgense donat. XVII, 69.

1349.

11. *Bobrownyk, octava Paschae (19 apr.)*. Vladislaus, Lanciciensis et Dobrzinensis dux, villam Merica cum silva Gorzechowo, in terra Dobrzinensi sitam, militi Nazironi de Zyrnyki pro 50 marcis monetae Thorunensis vendit. XV, 163.

1351.

12. . . . . *idibus decembris (11 dec.)*. Ludovicus Hungariae rex litteras Andreae III (Beelae filii), Hungariae regis, anno 1222 super iura et privilegia nobilitatis regni Hungariae datas, confirmat. XVII, 74.

1355.

13. *Zarnoviecz, dominica (?) in octava Assumptionis V. M. (22 aug.)*. Casimirus III, Poloniae rex, considerando servicia Hankonis haeredis de Zakliczin et advocati Mysslynicensis, circa sachtas et salifodinas in Vieliczka, ne per laboratores fornatorum, augmentando opera alias dzala, destruantur, ipsi et successoribus eius certa salaria et privilegia (etiam 3 marcas iure bipennali ipsius barmagistratum concernentes alias thoporowe) donat. XVI, 257.

1358.

14. *Rava, in crastino Ascensionis Domini (11 mai)*. Divysslo Copacz de Dmossyno Przeczslao dicto Glowa privilegium super advocatiam in Budzyschovycze certis sub condicionibus donat. XVII, 46.

1361.

15. *Wlodzyslaw, infra octavas Nativitatis V. M. (8—15 sep.)*. Casimirus III rex incolas civitatis Brzescze cum sale de Bochnya euntes a solutione totius telonei absolvit. XVII, 208.

1362.

16. *Brzesth, die Purificationis V. M. (2 feb.)*. Casimirus III rex Thomassio civi Lanciciensi advocatiam Brzestensem cum molendino in Lagyewnyky et villis Pilchuthowo et Goslino, ad civitatem Brzestensem pertinentibus, pro 200 sexagenis grossorum pragensium vendit. XVII, 207.

